BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
23 L
8 M

5.

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

12341.

Digitized by Google

DE JUSTITIA,
SEU
DIVINARUM INSTITUTIONUM
ADVERUS GENTES
L. CÆLII LACTANTII
FIRMIANI
LIBER V.
RECENSUIT, VARIANTIBUS LECTIONIBUS, ANNOTATIONIBUS, CASTIGATIONIBUS, AC DISSERTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

F. EDUARDUS A S. XAVERIO C. E.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



ROMÆ, cIↄ. Iↄcc. LVII.
EX TYPOGRAPHIA ANGELI ROTILII
IN ÆDIBUS DE MAXIMIS

SUPERIORUM PERMISSU.

SOC. JESU BIBL.
IHS
Digitized by Google

Digitized by Google

Eñio , ac Rño Principi

CLEMENTI
CARDINALI
ARGINVILLERIO

SS.D.N.BENEDICTI XIV.A MAJORIBUS CAUSSIS COGNOSCENDIS

FR. EDUARDUS A S. XAVERIO C. E.
S. P. D.

QUem dudum *Tibi* , CARDINALIS AMPLISSIME, in animo meo deſtinaveram Librum nuncupare , in obſervantiæ erga *Te* meæ teſſeram , is eſt , cui Firmianus Lactantius , Scriptor *Tibi* ſummopere charus , titulum præfixit : *De Juſtitia* , &

Digitized by Google

quintum Divinarum Institutionum ſuarum eſſe voluit. Summa *Tua* Dignitas, Authoritas, atque Clementia fecit, necnon perpetua de *Tua* ſingulari virtute communis exiſtimatio, ut eum præclariſſimi nominis *Tui* ornamento inſignitum in lucem prodire vehementer optarem: firmo judicio ratus, non aliter Authorem ipſum fuiſſe facturum, ſi temporum ſeries *Te* cum ipſo in aliqua mundi ætate compoſuiſſet. Illi enim de Juſtitia, quatenus ea omnes ſimul virtutes, præcipue vero pietatem, æquitatemque, tamquam rivulos a religionis fonte profluentes, amplectitur, acturo, ſtatim
ſeſe

ſeſe ſuſpiciendam præbuiſſet animi *Tui* inviolabilis illa rectitudo, quæ admirabilem ejus eloquentiam mirifice ad ſui contemplationem provocaſſet, & *Te* unum, veluti perfectiſſimum rerum dicendarum exemplar, pluribus antepoſuiſſet. Non temere hæc ſcribo, quum & cui ſcribam probe noverim, & quod conjicio ſolidis argumentis, atque patentiſſimis rationibus fulcire queam. Et quidem ingenii *Tui* præſtantia, *Tuus* in omnia bonarum artium ſtudia inſatiabilis ardor, jurium omnium perfectiſſima ſcientia, morum integritas, conſilii, ac prudentiæ

dotibus ſociata conſtantia, adverſus eos, quos tam acriter in hocce libro redarguit author, operoſa vigilantia, abunde ea mihi ſuppeditare poſſent, quæ id oſtenderent, quod tamquam ſimillimum vero ſum arbitratus. Siquidem lumina hiſthæc ſunt adeo perſpicua, ut oculos etiam in meridiana luce intrepidos, inſolita quadam vi validius feriant, atque inuſitato fulgore perſtringant. At hæc, & quæ iis ſimilia heic addere poſſem, non invitus omitto, quum neminem ignorare poſſe putem, *Tibi* iſta ad ampliſſimos ſummæ dignitatis gradus, virtutis pariter,

ac doctrinæ meritis aperuiſſe viam, quæ recta ſemper percalcata, ad veram gloriam, immortalitatemque perducit.

Ecquid unquam, ut aliquid peculiare commemorem, Beatiſſimum Patrem noſtrum, ac Sanctiſs. Dominum BENEDICTUM XIV. Summum Sanctæ, Catholicæ Eccleſiæ Pontificem O.M. virum ſane in humanarum, divinarumque rerum ſcientia nulli facile comparandum, movit, ut *Te* a majoribus Cauſſis, quæ in toto agitantur Orbe, nec una eſt de iis inferiorum judicum ſententia, dirimendis, ſibi adſciſceret aſſeſſorem, niſi eadem ipſa,

quæ in *Tuo* pectore, ceu in tranquillo domicilio, verſatur juſtitia, cujus originem in religione, rationem in æquitate conſiſtere: officia vero ejuſdem eſſe humanitatem, miſericordiam, atque æquabilitatem, Lactantius docuit? Cuinam potiori jure potuiſſet is laudatum a ſe elogium illud Horatianum aptare:

Juſtum, & tenacem propoſiti virum
Non Civium ardor prava jubentium.
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida.

qualem perfecto *Te* in tuendis humanis, diviniſque juribus conſtantiſſimum ſemper præbuiſti, de Romana Curia, de Sede Apoſtolica, ac de Chriſtiana republica optime meritum.

Quid

Quid plura? Num *Tuam* ſingularem, ac vere paternam communis Patriæ noſtræ curam, atque ſolicitudinem; aut rerum noſtrarum in meliorem formam, & ſtatum reſtaurationem, notumque profectum, *Te* in IV. Virorum Sag. Congregationis Firmanæ numero jura noſtra moderante, ignorari ab aliquo e noſtris petuiſſent, vel a me, cui hæc notiſſima ſunt, ſine piaculo præteriri, in his præſertim commentariis, in quibus de pietate agitur, ac de æquitate, quæ cardines ſunt, in quorum firmitudine aſſidue verſaris? Non adeo rudis ſum, aut barbaris inſtitutus mori-

bus

bus, ac diſciplinis, ut ignorem ingrati animi vitium juſtitiæ adverſari, atque iniquitatis crimen omni jure cenſeri; iccirco hoc ſaltem, publico quidem, ſed meritis *Tuis* impari monumento, obſequii erga *Te* Firmani Civis memoriam extate volui, qua & id, quod *Tibi* debeam, conſtaret poſteris, & quale a *Te* expectem patrocinium, *Tibi* fieret manifeſtum.

J. ✠ M.

FR. RAYNALDUS MARIA A S. JOSEPH
Præpoſitus Generalis Carmelitarum Diſcalceatorum Congregationis S. Eliæ Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, ac ejuſdem Sacri Montis Prior.

TEnore præſentium facultatem impertimur Reverendo Patri Eduardo a Sancto Franciſco Xaverio Sacerdoti Profeſſo Provinciæ Noſtræ Romanæ imprimendi Opera omnia Lactantii Firmiani cum Notis, & Diſſertationibus ſuis a duobus e noſtris Theologis, recognita. Datum Romæ in Conventu noſtro SS. Thereſiæ, & Joannis a Cruce predie Kalendas Decembris 1753.

Fr. Raynaldus Maria a S. Joſeph
Præpoſitus Generalis.

Fr. Pius a S. Dominico Secretarius.

AP-

APPROBATIO OPERIS.

DIvinarum Inſtitutionum Libros ſeptem a Caelio Lactantio Firmiano acri judicio conceptos, ſtyloque eleganti exaratos, atque unico volumine comprehenſos, poſt tot editiones ab aliis exornatas, modo in lucem publicam profert Admodum Rev. Pater Eduardus a S.Xaverio Carmelitici Ordinis Diſcalceati Alumnus, quondam Sacræ Theolagiæ Prælector, atque inter Supremæ Sac. Inquiſitionis Cenſores adſcitus, notis auctos, eruditione multa cum Sacra, tum profana refertos, ac in ſeptem tomos diſtinctos: quos Jubente Reverendiſſimo Sacri Palatii Apoſtolici Maſtro Patre Joſepho Auguſtino Orſi Ordinis Prædicatorum, magno animi oblectamento a capite ad calcem uſque ſedulò luſtravi, attentèque inſpexi, nihilque, quoad eruditum Editorem attinet, invenire potui, quod Fidei adverſetur Catholicæ, boniſque moribus ſit contrarium, ac in Summos Principes injurium. Ubi ſe offert occaſio clariſſimus Author Veræ Fidei inconcuſſa dogmata, atque Sanctæ Eccleſiæ vetuſtos ritus vindicat, ac tuetur, a deliriis, & impoſturis Eterodoxorum, quos ſic impiè obloquentes charitativè admonet, ac blande adhortatur, ut relicta via, quæ ducit ad Tartara, eam ineant, quæ iter pandit ad gloriam. Imo ſi in Textu Lactantiano aliquid offendit, quod ad juſtam Fidei regulam non ſit exactum, vel a Fide ipſa exorbitet, fatetur aperte, aſſeritque, Lactantium in Millenariorum errorem prolapſum, eumdemque erraſſe in libro in ſcripto *de Vita beata*, ubi loquitur de Elia, nulla prorſus mentione facta de Enoch contra librum Apocalypſeos. Quod in aliis approbationibus librorum a noſtro Authore editorum abſque ulla aſſentationis umbra me dixiſſe, memini, idipſum repetere, ac confirmare in hacce præſenti, jure debebam. Sic ſentiebam

bam

Digitized by Google

bam ex Aedibus S. Patris Francifci ad Ripas Tyberis octavo Kalendas Septembris anno reparatæ ſalutis ſeptingenteſimo quinquageſimo quarto ſupra milleſimum.

Fr. Franciſcus Antonius a Colle-Longo Ordinis Minorum Strictioris obſervantiæ S. P. Franciſci, Sac. Theologiæ Lector emeritus, ac Sacrorum Rituum Congregationis Conſultor.

AP-

APPROBATIO OPERIS.

Quod auctoritate Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtri, injunctum mihi fuerat, perfeci, maxima, qua potui, ſcilicet, diligentia perlegens Commentaria, & Diſſertationes, quæ in ſingula Lactantii Firmiani opera elaboravit vir eruditione præſtans Pater Eduardus Franceſchini a SanctoFranciſco Xaverio excalceatus Carmelita. In his, magna animi voluptate, ingenii acumen, doctrinæ robur, ſcribendi elegantiam, argumentorum vim, & copiam, atque facundiam inſpexi; neque quidpiam ullibi, obſervare mihi licuit, quod Catholicæ Fidei, honeſtiſque moribus repugnaret: quare ſi publici juris fiant arbitror plurimam inde legentibus utilitatem provenire poſſe. Romæ ex Monaſterio S. Agnetis extra Muros Urbis die xv. Aprilis anni 1754.

D. Thomas Rita Præſes, & L. Emeritus.

AP-

APPROBATIO OPERIS.

ERuditione, Doctrina, Methodo, Diligentia, cæteriſque Dotibus, quæ Authorum ſcripta commendant, abunde coruſcant Commentaria, & Diſſertationes, quæ in omnia Lactantii Firmiani Opera Vir Cl. P. Eduardus Franceſchini a S. Franciſco Xaverio elucubravit, & non vulgari cum ſui Nominis Gloria editurus eſt. Quapropter quum jubente Reverendiſſimo P. Mag. Sac. Pal. Apoſt. Opus integrum attente perlegerim, & nihil in eis, quod Fidei Dogmatibus, aut morum integritati adverſetur, invenerim, Typis vulganda cenſeo. Romæ ipſis Kal. April. Anni 1754.

Michael Joſeph Morei Arcadiæ
Cuſtos Generalis.

IM-

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. M. de Rubeis Patriarc. Conſtantinopol. Viceſgerens.

IMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Elena Magiſter Socius Reverendiſſimi Patris Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri Ord. Prædic.

L. CÆLII LACTANTII FIRMIANI

Divinarum Inſtitutionum Adverſum Gentes,

LIBER QUINTUS.

DE JUSTITIA DIVINA,

CAPUT I.

I.

NOn eſt apud me dubium, Conſtantine Imperator Max.[a] quin hoc opus noſtrum, quo ſingularis ille rerum conditor, & hujus immenſi rector[b] aſſeritur, ſi quis attigerit[c] ex iſtis irreligioſis[d] (ut ſunt nimia ſuperſtitione

a *Conſtantine Imp. Max.* Exceptis Bon., Palat., Pariſ. I. Lipſ. I. Codd. & ſola Iſæana editione, omnes quot-

impatientes) infectetur etiam maledictis, & vix lecto fortaſſe principio, [e] affligat, projiciat, execretur, ſeque inexpiabili ſcelere contaminari, atque adſtringi putet, ſi hæc aut legat patienter, aut audiat.

---

quotquot hactenus diſcuſſi ſunt tam Mss., quam editi libri, in hocce capite habent M. Conſtantini nomen, etſi plerique nuſquam alibi illud deſcripſerint. Notandum ſane eſt, quod in Vallicellano Ms. Codice inſignito Lit. E. num. iv. pro *Conſtantine Imp. Max.* legitur: *Conſtantiſſime Imp.* Vide conjecturam noſtram Diſs. x. §. viii. ſeq.

b *Hujus immenſi operis Rector*: Al. *hujus univerſi Rector*. Bon. *inmenſi*.

c *Si quis attigerit*: Tertia hæc vox in Bon. Ms. Cod. quibuſdam punctis notata eſt.

d *Ex iſtis irreligioſis* (*ut ſunt nimia ſuperſtitione impatientes*) Bon. non habet.: *ut ſunt*: legit autem *inpatientes*. Al. *Impie religioſis*: *inepte religioſis*: *prave religioſis*. Livius, Plinius, aliique boni *irreligioſum* interdum uſurparunt.

e *Et vix lecto fortaſſe principio &c.* Ex librorum titulis, aut inſcriptionibus, quemadmodum ex eorundem præfationibus, judicium de illis ferre, nec ſapientis, nec bene inſtituti hominis eſſe, ſemper cordati viri exiſtimarunt.

2

Ab hoc [a] tamen, ſi fieri poteſt, humanita-

---

a *Ab hoc.* Al. *Ob hoc*. Forte non male. Si autem noſtram lectionem recipias, intellige. *Ab eo, qui talis eſt*.

tatis jure [b] poſtulamus, ut non prius damnet [c], quam univerſa cognoverit, nam ſi ſacrilegis, & proditoribus, & veneficis poteſtas defendendi ſui datur, nec prædamnari quenquam [d] incognita cauſſa licet: non injuſte petere videmur [e], ut (ſi quis fuerit [f]) ille, qui inciderit in hæc: ſi leget,

 per-

b *humanitatis jure &c.* Jus humanum naturæ humanæ inditum, eique congruum eſſe debet, & quidem ratione adhibita; Ne ſtultorum, aut brutorum more homines agere deprehendantur.

c *Non prius damnet &c.* Jam ad ſuperioris libri Cap. 1. annotavimus Lactantii artificium in proœmio illo vere excellentiſſimo. Hoc autem illi omnino par, in quo Oratoriæ artis peritia in eo maxime noſcitur, quod ad lectionem hujuſce operis cumulatis rationibus Ethnicos allicit, & vi maximam irritat; longe cæteris omnibus elegantius, qui iiſdem rationibus ſunt uſi, ſcilicet ob diſpoſitionem, & ordinem illarum.

d *Nec prædamnari quemquam &c.* Tertullianus in Apolog., Cyprianus, Arnobius, Minutius Felix, & alii omnes tam Latini, quam Græci, qui Apologias pro Chriſtianis ſcripſere, ſimilia adverſariis jure exprobant quum apud omnes: *nec viſum hominem, nec auditum damnare, nefas ultimum*, merito habeatur. Vide Lidenbr. ad Ammian. Lib. xv. c. vii. pag. *99.* ad quem ſcite ablegat Bunem.

e *Non injuſte petere videmur &c.* Id injuſte peti dicitur, quod nullo jure debetur.

f *Vi (ſi quis fuerit)* Al. *quis erit.* Rittershuſ. *Sacr. Lect.*

perlegat : ſi audiat, ſententiam differat in extremum.

Lect. L.vii. cap.15. mallet legere:*ut quiſquis erit ille, qui &c.* Heum ; ita olim legebat ; at: *ſi quis erit illorum* in ſua editione delegit. Bun. *quid ſi legamus*, ait, *ut ſi quis erit illic*: Nos nihil immutamus; nam inducta parentheſis,quam exhibet editio Pariſienſis a.MDXIII. non ſolum omnia bene fluunt,ut recte putavit Bun.Sed gratiam quandam interjectio illa affert orationi ſupplicantis: quaſi lectum iri deſperet, ut quæ ſequuntur, oſtendunt; vel optantis, ut aliquis ſit Ethnicorum, qui forte fortuna in hujuſmodi libros incidat: quaſi dicat. (*Utinam aliquis fuerit*) vel (*ſi tamen aliquis fuerit*) Hanc explanationem alteri præfero.

3

Sed novi hominum pertinaciam [a]: nunquam impetrabimus. Timent enim ne a nobis revicti, manus dare [b] aliquando, clamante ipſa veritate, cogantur.

Ob-

a *Sed novi hominum pertinaciam &c.* Hæc, quæ ſequuntur uſque ad Seg. nonum ad inducendos adverſariorum animos ad opus univerſum legendum, aptiſſima ſunt. Nullus enim adeo imprudens eſt, ut nolit hoſtium ſuorum vires, ſaltem clam quanti valeant, indagare.

b *Manus dare*; Seſe victos profiteri. More illorum, qui pugna victi, manus inermes victoribus præbent vinculis mancipandas. Vide ad L. iii. Cap. viii. Seg. 1.

4

Obſtrepunt igitur, & intercedunt [a], ne audiant: & oculos ſuos opprimunt [b], ne lumen videant, quod offerimus. Quo plane ipſi diffidentiam ſuæ perditæ rationis oſtendunt, quum neque cognoſcere, neque congredi audeant [c] qui ſciunt ſe facile ſuperari.

---

a *Obſtrepunt igitur, & intercedunt*. Verba hæc elegantiſſime a Noſtro juncta adhibentur ad ſignificandum quomodo ii, qui malam cauſſam tuentur, verbis, minis, vel etiam vi, ſi poſſunt, ſeſe dicenti opponunt, ne loquatur, aut ſi jam loquitur, minime audiatur. Solennis mos iſte erat Tribunis Plebis apud Romanos, quum in medium ſe Prætori, aut aliis Magiſtratibus objiciebant, ne lex publica ſtatueretur ab eis, vel ut jam lata ſtatim abrogaretur. Obviam ſunt hoc de agendi genere apud hiſtoricos exempla.

b *Et oculos ſuos opprimunt*. Mallet Heum. *comprimunt*; ſed ſine Codd. authoritate, & minus proprie, ac eleganter; Nam heic Lactantius non ſolum innuit quommodo ſe veritati opponunt pervicaces homines, oculos ante illam, veluti comprimentes; ſed illud potiſſimum exprimit, quod ii, qui hoc faciunt, vim ſibi ipſi inferunt, & opere, & labore reluctantem conſcientiam opprimere ſatagunt, ne contra latrare queat.

c *Audeant*. Al. *Audent*.

5

Et iccirco diſceptatione ſublata:

Pellitur [a] *è medio ſapientia , vi geritur , res .*

Ut ait Ennius: & quia ſtudent damnare, tanquam nocentes, quos utique ſciunt innocentes, conſtare de ipſa innocentia nolunt [b]; quaſi vero [c] major iniquitas ſit, probatam innocentiam damnaſſe, quam inauditam.

a Pellitur e medio &c. Ennius apud Gellium L. xx. Cap. ix. ubi alios etiam ad rem ſubdit verſus ex libro viii. Annalium, quos Tullius exponit in oratione pro Muræna.

b *Conſtare de ipſa innocentia nolunt*. Heum. *De ipſorum*. Marte ſuo, de more; ſed male; Nam non de hominibus heic agitur, ſed de innoxiis moribus, ac doctrinis, quibus Chriſtiani omnes imbuimur adverſus pravas ethnicorum, atque hæreticorum conſuetudines, & errores. Vide ad Epit. Cap. 52. 4.

c *Quaſi vero* Bon. *Quaſi veſtra*. Al. *quaſi non major*. Apud Tertull. in Apolog. Cap. 1. *Quid enim iniquius, quam ut oderint homines, quod ignorant, etiamſi res mereatur odium. Tunc enim meretur, quum noſcitur, an mereatur*.

6

Sed (ut dixi) verentur ne ſi audierint, damnare non poſſint. Et ideo cultores Dei ſummi, hoc eſt juſtos homines torquent, interficiunt, exterminant [a], nec cauſſas odiorum

a *Exterminant*. I. e. Omni, quo poſſunt modo expellere, nituntur.

rum reddere ipſi poſſunt, qui tam vehementer oderunt.

7

Quia [a] ipſi errant, iraſcuntur iis, qui veram viam ſequuntur: & quum corrigere ſe poſſint [b]: errores ſuos inſupercrudelibus factis coacerbant [c], innocentium cruore maculantur,

a *Quia ipſi* Bon. *Quam ipſi*. Al. *Et quia ipſi*.

b *Et quum corrigere ſe poſſint*. Al. *Corrigere ſe non poſſint*.

c *Crudelibus factis coacerbant*. In noſtro Bon. Ms. Cod. corrupta hæc lectio eſt, nec intelligi poteſt quid recentior manus indicare velit hiſce characteribus *Cog . . . ager . . . nt*. Aldus ex Cod. Longob. nobiſcum legit, uti etiam Tomaſius approbat, improbantibus Iſæo, Gallæo, Heum. Bunem. & Langletio, qui legunt: *coacervant*. Singuli conjectura ducuntur, quod *b*, in *v*, aut contra immutata, ut ſæpe in noſtro Cod. annotavimus contigiſſe. Si vero ad ſenſum verborum, ac ſententiæ pondus animadverſio fiat, lectio noſtra plus exprimit, quam altera. Etſi enim eleganter Cicero dicit: *Hæc aliis nefariis cumulant, atque adaugent*. Pro Roſc. Amer., ut innuit heic Buuem. Non tamen minus bene Virgilius XI. Æn. ℣. 407. ait.

Artificis ſcelus, & formidine crimen acerbat.

Ubi Pirius notat: *In oblongo Cod. Mediceo, & quibuſdam aliis admodum vetuſtis*: acervat *legitur*. Sed fallitur; nam in vetuſtiſſimo Vaticano, & in Medi-

ceo

tur, & dicatas Deo mentes eviſceratis [d] corporibus extorquent [e].

ceo a Foggino edito ACERBAT rotunde ſcriptum eſt. Præterea, eodem fatente Pierio, T. Donati Paraphraſis ſic legendum oſtendit: *Durum enim cum acerbo congruere videtur*; *ut mollia*, *etiam mitia nuncupantur*. Adde Claudianum. L. II. *De Raptu Proſerp.*

. . . . ſtimulat communis in arma
Virginitas, crimenque feri Raptoris acerbat.

d *Eviſceratis*. Bon. *viſceratis*. Quum hæc ſcribebat Lactantius, jam immanis illa Diocletiani Perſecutio in fideles Chriſti furebat.

e *Extorquent*. Al. *detorquent*. Mentes extorquere valet heic vi tormentorum eripere, & a Deo avertere.

8

Cum talibus nunc congredi, & diſputare contendimus, hos ad veritatem ab inepta perſuaſione traducere [a], qui ſanguinem facilius hauſerint, quam verba juſtorum. Quid igitur? operam ne perdemus? [b] Minime.

a *Ab inepta perſuaſione traducere*. Bon. *ab incepta &c.*

b *Perdemus*? Bon. *perdamus*.

9

Nam ſi lucrari hos a morte, ad quam concitatiſſime tendunt, non potuerimus, ſi ab illo itinere devio ad vitam, lucemque revo-

vocare, [a] quoniam ipſi ſaluti ſuæ repugnant: noſtros tamen confirmabimus [b] quorum non eſt ſtabilis, ac ſolidis radicibus fundata, & fixa ſententia. Nutant enim plurimi, ac maxime, qui literarum aliquid attigerunt [c].

a *Ad vitam, lucemque revocare*. Bon. *ad vitam dirigere, revocare &c.*

b *Noſtros tamen confirmabimus*. Bon. *Confortabimus*.

c *Attigerunt*. Sic cum Aldi Codd. lego, ubi Bon. habet: *adierunt*. Al. *attigerint*, vel *adtingerunt*. Semidoctorum hominum hoc proprium eſſe novimus, ut ſibi liberalibus quibuſdam diſciplinis operam dederint, & ſe in illis profeciſſe noverint, ſenſim circa revelata divinitus nutare incipiunt, quod non una evenit ratione; ſed potiſſimum, quia non intelligunt in quo diſcrimen illud ſitum ſit, quod ſcientiam inter, & fidem intercedit. Ideo nihil prius adoleſcentibus inſinuandum eſt, quam diſtinguere quid credere debeant, quid addiſcere, & ſcire poſſint; nam niſi confinia inter hæc ſtatuantur, ingenia quo acriora fuerint, eo majoribus periculis exponuntur. Maxime vero ſi in libros, aut magiſtros incidant, qui mentibus humanis libere cogitandi frena relaxant, unde ſæculi noſtri pravitas omnis erupit. Vide Iſagogen noſtram Libro de Opif. Dei præfixam.

10

Nam & in hoc philoſophi, & oratores, [a] & poetæ pernicioſi ſunt, quod incau-

a *Nam & in hoc Philoſophi, & Oratores, & Poe-*

cautos animos facile irretire poſſunt [b] ſuavitate ſermonis, & carminum dulci modulatione currentium [c].

Poetæ pernicioſi ſunt &c. De illis intellige hæc dicta eſſe, qui non rite ſacris dogmatibus inſtituti, omne librorum genus, atque eruditionis, ut ajunt, campos libere ſine delectu depaſcuntur. Plato ex ſua Republica iccirco Poetas excluſit, quia fictis rerum imaginibus adoleſcentulorum mentes præoccupabant. Pythagoras Homerum apud inferos graviter torqueri dicebat, quod fabulis divina coinquinaſſet; & Ariſtoteles in *Politicis* docuit, maximam neceſſe fore curam adhiberi, ne *falſis* principiis ſive diſciplinarum, ſive morum juvenes depravarentur; nam ut ſcite ait Horatius. L. I. Epiſt. II. fin.

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem
Teſtu diu.

Unde, ut idem paullo ſupra ibidem:

Sincerum eſt niſi vas: quodcumque infundis, aceſcit.

Heum: *Nam in hoc & Philoſophi &c.*

b *Facile irretire poſſunt*. Schottus: *poſſint*.

c *Dulci modulatione currentium*. *Ob eamque cauſſam* &c. Bon. loco tertiæ vocis, ſic verba interciſa repræſentat: *cur... ntur*. Quædam Mſs., Betulejus, & aliiquidam poſt eandem tertiam vocem ſtatim addunt: *Mella ſunt hæc venena tegentia*. Aldus junior iſta expugenda ab Editione Faſitelliana annotavit. Al. pro *tegentia* legunt *agentia*.

11

Ob eamque cauſſam volui ſapientiam cum

cum religione conjungere, ne quid ſtudioſis inanis illa doctrina poſſit officere [a], ut jam ſcientia literarum non modo nihil noceat [b] religioni, atque juſtitiæ, ſed etiam proſit quamplurimum, ſi is, qui eas didicerit, ſit in virtutibus inſtructior, in veritate ſapientior [c].

a *Officere*. Bon. *efficere*.
b *Non modo nihil noceat*. Al. tertiam vocem non habent.
c *In virtutibus inſtructior, in veritate ſapientior*. Al. præpoſitione in primo membro carent, Al. in ſecundo copulam addunt Al. *in virtute*, Al. *ſi in v* ... *ideſt veritate* Spark. & Aldus legunt nobiſcum. Jam heic expreſſe Noſter docet, quod paullo ſupra dicebamus; & iccirco in Scholis, in quibus juvenes inſtituuntur literis humanioribus, Lactantianas lectiones in primis commendarem. Vide Diſs. XXXVII. Cap. I. §. V., ubi hac de re fuſius egimus.

12

Præterea [a], etiam ſi nulli alii, nobis certo proderit [b]; delectabit [c] ſe conſcientia, gaudebitque mens in veritatis ſe luce [d] verſa-

a *Preterea etiam ſi nulli &c.* Bon. *Prætereaquam ſi*.
b *Proderit*. Bon. *prodaerit*. Al. *certo proderit*.
c *Delectabit ſe conſcientia*. Heum: *deleo inquit hoc gloſſema*. Quod unde noverit ipſe viderit.
d *In veritatis luce*. Alicubi præpoſio deſideratur.

ſari, quod eſt animæ pabulum, incredibili quadam jucunditate perfuſum. Verum non eſt deſperandum.

13

Fortaſſe non canimus ſurdis Nec [a] tam in malo ſtatu res eſt, ut deſint ſanæ mentes, quibus & veritas placeat, & monſtratum [b] ſibi rectum iter & videat, & ſequantur.

a *Fortaſſe* Non canimus surdis, *nec tam &c.* Hemiſtichium Virgilianum Eclog. x. ℣. 8, cui in quibuſdam Mſs., & editis ſtatim additur: *Nec enim plus iniquis ſpiritibus quam ſancto licet*; *nec* . Al. *aut in tam &c.* Al. *tam in*. Legimus cum Aldo, & noſtro Bon. Niſi quod Aldus habet *non tam*.

b *Et monſtratum*. Iſæus *conſtratum*: ubi Bunem notat: *non indocto ſphalmate*.

14

Circumliniatur modo poculum [a] cœleſtis melle ſapientiæ [b], ut poſſint ab impruden-

a *Circumliniatur modo poculum &c.* Bon. ultimam vocem habet ſemi-deletam. Al. *Cirnumlinatur*.

b *Cæleſtis melle ſapientiæ &c.* Bon. *Cæleſtes*. Al. *Cæleſti*. Al. *ſapientiæ melle*. Lucretius inter Latinos L. 1. a ℣. 935. Themiſtius inter Græeos *Orat. ad Nicomed.* ante Lactantium hac ſententia elegantiſſime uſi ſunt; poſt ipſum autem S. Petrus Chriſologus *Ser. XXV.*

dentibus amara remedia ſine offenſione [c] potari, dum illiciens prima dulcedo acerbitatem [d] ſaporis aſperi, ſub prætextu ſuavitatis occultat [e].

XXV. idem præſtitit, nec non Bernardus, & Torquatus Taſſus Italicis Carminibus; ſed obſerva quam longiſſime inter ſe parter diſtet a filio, & quantum hic illi præemineat. Bernardus,

Come talora un Medico, che vuole
Gabbar l'Infermo per dargli ſalute,
Celar l'amaro ſotto il dolce ſuole,
Acciocb' egli di ber non lo rifiute:
Così ſotto figmenti di parole,
Di Chimere da noi non conoſciute,
Danno i Poeti molti documenti
Al volgo ignaro, ed all' inferme menti.

Torquatus autem ſic;

Così all' egro fanciul porgiamo aſperſi
Di ſuave liquor l' orlo del vaſo;
Succhi amari ingannato intanto ei beve,
E dell' inganno ſuo vita riceve.

c *Sine offenſione potari*. Bonon. *amputari*.

d *Acerbitatem*. Bon. *acervitatem*. Vide ſupra Seg. 7. nota

e *Sub prætextu ſuavitatis occultat*. Bon. *prætexto ſuavitatis occultæ*, ſine aliquo verbo.

15

Nam hæc in primis cauſſa eſt, cur apud ſapientes, & doctos [a], & principes hujus ſæ-

a *Et doctos*. Al. *doctores*.

ſæculi, ſcriptura ſancta fide careat, quod prophetæ communi, ac ſimplici ſermone, ad populum [b] ſunt locuti.

b *Ad populum*. Al. *ut ad populum*.

16

Contemnuntur itaque ab iis, qui nihil audire, vel legere, niſi excultum [a], ac diſertum volunt, nec quicquam hærere animis [b] eorum poteſt, niſi quod aures blandiori ſono mulcet [c]. Illa vero, quæ ſordida videntur, anilia, inepta, vulgaria exiſtimantur.

a *Excultum*. Al. *expolitum*. Idem valet, & utrumque latinum eſt.
b *Hærere animis*. Al. *inhærere*.
c *Mulcet*. Al. *permulcet*. Al. *mulcent*. Al. *permulcet*. Bon. *Blandiere*.

17

Adeo nihil verum putant, niſi quod auditu ſuave eſt: nihil credibile, niſi quod poteſt incutere voluptatem [a]: nemo rem veritate ponderat, ſed ornatu.

Non

a *Incutere voluptatem*. Al. *inducere*. *Incutere* eſt

eſt cum vi, & impetu quodam injicere; quod per translatiónem eleganter dicitur de voluptate, quam verborum, ac rerum lenocinio inſinuant lectorum animis libri plerique, qui ad incautos decipiendos diabolico ſunt artificio elucubrati; mole parvi, eruditione varia referti, doctrinis exantiquatis, nova methodo concinnati, titulíſque ſpecioſis inſcripti.

18

Non credunt ergo divinis, quia fuco carent: ſed ne illis quidem, qui ea interpretantur, quia ſunt & ipſi aut omnino rudes, aut certe parum docti. Nam ut plane ſint eloquentes [a], perraro contingit, cujus rei cauſſa in aperto eſt.

a *Nam ut plane ſint eloquentes &c.* Al. *plane ſint.* Lactantianis temporibus nondum Divinarum Scripturarum interpretes copia, & verborum delectu uti conſueverant; ſed unice veritati, & ſimplicitati ſtudebant: contra vero Ethnicorum Scriptores elegantiam omni conatu affectabant, ut hi ſolent, qui malas cauſſas agere ſe norunt.

19

Eloquentia enim ſæculo ſervit, populo ſe jactare [a], & in rebus malis placere geſtit:

a Al. *Jactare*. Al. *jacere*. Al. *jacular*e.

ſtit [b]: ſiquidem veritatem ſæpius expugnare conatur, ut vim ſuam monſtret, opes expetit, honores concupiſcit, ſummum denique gradum dignitatis expoſcit.

b *In rebus malis placere geſtit: ſiquidem veritatem ſæpius expugnare conatur &c.* Idem prorſus ſtudium pleriſque extra Italiam centum circiter ab hinc annis in deliciis fuit; & jam ſemina quædam illius Auſoniæ terminos peæocupare cœperunt, peſſimam productura farraginem, niſi male ſuborta germina ſtatim averruncentur.

20

Ergo hæc quaſi humilia deſpicit, arcana tamquam contraria ſibi fugit [a], quippe quæ pubblico gaudeat, & multitudinem, celebritatemque deſideret.

Eo

a *Arcana tamquam contraria ſibi fugit ... & multitudinem &c.* Gallæus, more ſuo, heic ait: *Hoc itidem faciunt Papiſtæ.* Quibus immemor contrarium crimen alibi impigit, ut clanculariis, atque clandeſtinis hæreticorum moribus hinc ſpecioſum velamen prætendat, inde candorem fucatum inducat. Arcani diſciplina, quæ in veteri Eccleſia obtinebat; atque explanata, & palam poſtmodum propoſita divina, a nobis frequentata Myſteria ſuas habent rationes, quas, qui neſciunt, vel nolunt, vel fingunt ſe non percipere; ne pravarum conſuetudinum in falſis ſectis obviarum vitia, his contrapoſitis, damnare cogantur.

21

Eo fit, ut [a] ſapientia, & veritas idoneis præconibus indigeat. Et ſi qui forte literatorum ſe ad eam contulerunt, defenſioni ejus non ſuffecerunt [b].

a *Eo fit &c.* Hinc vellem omnes Scriptores diſcerent, quare, & quanti eloquentia facienda eſt, non ad ſæculi genium illam accomodando, ut eidem turpiſſime ſerviat; ſed ut invicte illi reſiſtat, vireſque illius fortiter frangat, ac intrepide profligare valeat.

b *Defenſioni ejus non ſuffecerunt.* Bon. Tò *ejus* non habet, & particula negativa recenti manu adjecta eſt. Aldus autem delevit pronomen, negatione retenta.

22

Ex iis, qui mihi noti ſunt [a], Minucius Felix [b], non ignobilis inter cauſſidicos loci fuit. Hujus liber, cui Octavius [c] titulus eſt, declarat, quam idoneus veritatis aſſertor eſſe potuiſſet [d], ſi ſe totum ad id ſtudium [e] contuliſſet.

B Se-

a *Ex iis, qui mihi noti ſunt.* Bon. *ex his.* Hinc confirmo, quæ a me dicta ſunt Diſs. x. a §. xiii. Seq. Nam quum de latinis ſolummodo Scriptoribus agat ſibi notis, non facile crediderim, Arnobium omiſſe inter eos recenſere, ſi forte ſemptem ejuſdem de eodem agumento libros legiſſet.

b *Minucius Felix.* Al. *Minutius &c.* De hoc præcla-

clariſſimo viro aliqua diximus ad L.1. Cap.xi.Seg.55. & iterum reliqua Diſs. xl. Cap. xxiii. §. II. de eodem dicturi ſumus.

c *Cui Octavius*. Sic etiam l. c. Al. *cui Octavio*.

d *Non ignobilis inter Cauſſidicos loci fuit*. Heum: addit *Eccleſiæ*: lectorem ablegans ad ſuam diſſ. *Parerg. Goting*. T. 1. L. 1. Diſs. x. pag. 211., ubi tamen non evincit, lectionem ſuam, noſtræ eſſe præferendam. Bunem. Tò *ignobilis* cum præcedenti negatione, innuere putat, Minucium non inter ignobiles Cauſſarum patronos eſſe reponendus, ſed in aliquo gradu dignitatis conſtitutum fuiſſe, eruit ex voce illa *loci*, quam pro ſtatu dignitatis uſurpari, ex Cortio ad Ciceron., & Salluſt. oſtendit. Addo *loci* vocabulum interdum patriam, aut Urbem, in qua quis degit, optime ſignificare poſſe: Ut *non obſcuro loco natus*. *De ſummo loco adoleſcens &c.*

22 *Ad id ſtudium*. Bon. pronomen omiſit, quod recte alii omnes retinent.

23

Septimius quoque Tertullianus [a] fuit omni genere literarum peritus [b], ſed in elo-

a *Septimius quoque Tertullianus*. Præsbyter Carthaginenſis ſatis notus eruditis non minus ob ea quæ bene, quam ob ea, quæ male perſcripſit. Character ejus talis eſt apud criticos, qualis heic a Lactantio deſcribitur. Vide quæ a nobis de illo dicta ſunt L.IV. Cap. xxx. Seg. 10. & Diſs. xl. Cap. xxii. §. 1.

b *Peritus*. In Bon. Ms. Cod. vox iſta quibuſdam punctis notata eſt. c *Er-*

eloquendo parum facilis, & minus comptus; & multum obſcurus fuit. Ergo ne hic quidem [c] ſatis celebritatis invenit.

c *Ergo ne hic quidem*. Bon. articulo caret.

24

Unus igitur precipuus & clarus extitit Cyprianus [a], quoniam & magnam ſibi gloriam ex artis oratoriæ profeſſione quæſierat, & admodum multa conſcripſit [b] in ſuo genere miranda.

a *Cyprianus*: Et hic Carthaginenſis ex gentili Chriſtianus Orator, & Rhetor inſignis; Primum presbyter anno R. S. CCLVII. Deinde anno ſequenti Epiſcopus, demum Martyr ejuſdem Eccleſiæ fuit. De eodem agimus diſſ. XL. cap. XXII. §. iii.

b *Quæſierat, & admodum multa conſcripſit*. Bon. copulam omittit, & legit: *ſcribſit*. Al. *acquiſiverat*, Al. *comparaverat*. Al. utrumque. Aldus etiam copulam delevit, ſed relativum *qui* loco illius poſuit.

25

Erat enim ingenio facili, copioſo, ſuavi [a], & (quæ ſermonis maxima eſt virtus) aperto, ut diſcernere nequeas [b], utrum ne

a *Erat enim* &c. Cyprianici characteris dotes mirifice heic a Lactantio exponuntur.

b *Nequeas*: Bon., & Schottus; *non queas*:

ne ornatior in eloquendo, an felicior in explicando [c], an potentior in perſuadendo fuerit.

c *Felicior in explicando*. Al. *facilior*. Al. *foelicior*.

26

Hic tamen placere ultra verba [a] ſacramentum ignorantibus [b] non poteſt, quoniam myſtica [c] ſunt, quæ locutus eſt, & ad id præparata, ut a ſolis fidelibus audiantur. De-

a *Ultra verba*: Nam Cyprianus latinis, puriſque utitur plerumque verbis: etſi interdum barbara quedam uſurpet.

b *Sacramentum neſcientibus*: Intellige omne id, quod ſub Arcani diſciplina tegebatur.

c *Myſtica*: I. E. quæ occulta ſunt, ut plurimum ſacra, ut apud Virgilium 1. Georg. ℣. 165.

. . . . *Myſtico Vannus Jacchi*

Et Ovid. in Epiſt. Phylid. ℣. 42.

Et per tædiferæ myſtica ſacra Deæ.

Sed interdum etiam ſenſu profano vox iſta uſurpatur. Sic Ovid. idem L. II. *de Arte* ℣. 464.

Tectaque ſunt ſolida myſtica furta fide.

In Theologia vero, & in ſacrarum ſcripturarum expoſitione etiam diverſimode accipitur. Aliter enim Catholici, aliter Hæretici hac voce utuntur, & præcipue cavendum a ſenſu myſtico Socinianorum, Arminianorum, & Quietiſtarum, impia, blaſphema, & horrenda hocce vocabulo involventium.

Denique a doctis hujus ſæculi [d], quibus forte ſcripta ejus [e] innotuerunt, derideri ſolet.

d *A doctis hujus ſæculi :* Suus cuique ſæculo genius, & plerumque in literis humanioribus, quæ propterea *ſæculares* dicuntur ab Eccleſiaſticis, ut eas a ſacris diſtinguant.

e *Scripta ejus :* Bon. *ſcribta* de more.

27

Audivi ego quendam hominem ſacrilegum, qui eum immutata una litera Coprianum [a] vocaret, quaſi elegans [b] ingenium, & melioribus rebus aptum, ad aniles fabulas contuliſſet.

a Coprianum : Al. *Caprianum*; ſed prave; nam idem Lactantius ſtatim exponit, quid hocce vocabulo ſacrilegus ille indicare voluiſſet.

b *Quaſi elegans :* Al. *quaſi quod e.* Al. *quaſi qui.* Al. *quaſi &.*

28

Unde apparet [a], diſertiſſimo, & doctiſſimo viro, quantum ad ſacrilegos attinet refellendos, non facultatem dicendi, ſed conſilium defuiſſe, in eo præcipue, quo De-

a *Unde apparet* &c. Verba, quæ hocce ſegmento

Demetrianum, veritatis expertem, non ratione prudentiæ [b], qua uti in principio debuit, ſed auctoritate cæleſtium præceptorum, quorum ille ſe hoſtem [c] fatebatur, adſtrinxerit [d].

to continentur, in nonnullis non leguntur. Aldus ex utroque Cod. nobiſcum legit. Vide infra ad cap. IV. ſeg. 4. ſeq. ubi his ſimilia occurrunt.

b *Prudentiæ humanæ:* Sic Aldus. In noſtro vero: *prudentiæ mundanæ.* Animum heic lector adverte, quare Lactantius viius quibuſdam ſit non ſolummodo ſæpe erraſſe, verum etiam minus catholicæ locutus fuiſſe, non intelligendo quid ſibi ille propoſuerit, & quamobrem Ethnicorum caſtris jam luſtratis, ſenſim perſonam ſibi inditam deponere geſtiat. Numquam enim ab authoritate argumenta deſumenda ſunt ad revincendum aliquem, apud quem talis authoritas pondus ſuum non habeat; ſed prius humanis figmentis, humanæ rationis lumina opponenda ſunt, ut deinde cæleſtia, ac divina ea eſſe noſcantur, quæ hæc, & illa quam longiſſime vincunt.

c *Quorum ille ſe hoſtem:* Aldus & Iſæus pronomen omittunt.

d *Adſtrinxit:* Aldus, & Iſæus *extinſit*, quod eſt manifeſte repugnans.

29

Quod ſi [a], accidit hoc ei, cujus eloquen-

a *Quod ſi* &c. Sic apud omnes, excepto ſecundo Barbarino, in quo habetur *Si ergo* &c.

Google

quentia non inſuavis eſt, quid tandem putemus eis accidere, quorum ſermo jejunus eſt & ingratus: qui neque vim perſuadendi [b], neque ſubtilitatem argumentandi, neque ullam prorſus acerbitatem ad revincendum habere potuerunt?

b *Qui neque vim perſuadendi* &c. Partes perfecti Oratoris heic a Lactantio expenduntur, inter quas acerbitatem illam reponit, qua animi legentium irritantur, ſimulque revincuntur.

C A P. II.

1

Ergo quia defuerunt [a] apud noſtros idonei, peritique doctores, qui vehementer, acriter errores pubblicos redarguerent, cauſſam omnem veritatis ornate, co-

a *Ergo quia defuerunt* &c. Bene heic notavit Betulejus, caput hocce a ſuperiori decenter fluere; male autem Lactantium reprehendit, quaſi injuſte de penuria doctorum conquerentem. Eminentiſſimus Annalium Eccleſ. parens Baronius ad A. Ch. CCLVI. num. xxx. S. Cypriani præſertim partes tueri pro virili non deſtitit; ſed revera ſi ad effata Lactantii diligentius attendamus, minime eum exaggeraſſe apparebit. Non enim abſolute negavit, Chriſtianæ veritati aſſertores defuiſſe; ſed potius inter eos tales de

copioſeque diſenderent [b]: provocavit quoſdam hæc ipſa penuria, ut auderent ſcribere contra ignotam ſibi veritatem [c].

deſideravit, quales poſt ipſum plurimi extiterunt. Confer L. I. cap. I. ſeg. 7., & ea, quæ ibidem ſunt annotata.

b *Ornate*, *copioſeque defenderent: provocavit* &c. Hæc premenda ſunt, ſi Lactantii ſenſa intelligere velis.

c *Ignotam ſibi veritatem*: Pleroſque omnes heterodoxos, qui adverſus Eccleſiæ Catholicæ doctrinam, dogmata, & diſciplinam, hactenus ſcripſerunt, in iſtorum numero eſſe conſtat. Nullus enim inter eos eſt, qui vel ipſe hoſtem non fingat, vel ab aliis fictum, non ſibi proponat, ut feriat. Paucis ab hinc annis jam de pleriſque impoſturis admoniti, palam anteceſſorum ſuorum calumnias cordatiores profeſſi ſunt, & in dies, qui veritatem ſincero quærunt animo, relictis erroribus ad noſtra propius accedunt.

2

Omitto eos, qui prioribus eam temporibus nequicquam laceſſierunt [a]. Ego quum in Bithynia [b] oratorias litteras accitus docerem,

a *Nequicquam laceſſierunt*: Bon. *nec quicquam leceſſerunt*: lego cum Aldo, aliiſque bonis, & latinam lectionem ſequor, omiſſa, quæ talem eſſe, non exiſtimo. Idem valet hæc dictio, ac *fruſtra vexare*, ut ſcite notavit Cellarius.

b *Quum in Bithynia*: Aldus; *quum Nicomediæ*. Vide diſſ. IV. ſ. IV.

rem, contigiſſetque, ut [c] eodem tempore Dei templum everteretur [d]: duo extiterunt [e] ibidem, qui jacenti, atque [f] abjectæ veritati, neſcio utrum ſuperbius, an impor-

c *Contigiſſetque, ut* &c. Al. particulam *ut* omittunt: Al. poſtponunt.

d *Dei templum everteretur*: Betulejus exponit: *Vivis conſtructum lapidibus, ut Petrus inquit. Notat autem perſecutionem, quæ ſub Diocletiano, & Maxentio fuit.* At meminiſſe debuit, Dei templum vivis ædificatum lapidibus everti non poſſe, quum portæ inferi nequicquam id efficere queant. Potius ergo de templo illo, & quidem celſiſſimo Noſter eſt intelligendus, de quo idem loquitur cap. XII. *L. de M.P.* ſeg. 5., & nos diſſ. VII. cap. II. *§.* X. & diſſ. XXXV. cap. III. *§. 6.* oſtendimus.

e *Duo extiterunt* &c. Porphyrium unum, Dioclem alterum fuiſſe Baronius, & Iſæus non incongrue dixerunt, eos eſſe; At Betulejus, & Holſtenius, quos deinde plurimi ſecuti ſunt, de Porphyrio heic mentionem fieri poſſe negant, quoniam eidem minime quadrant, quæ de illo a Lactantio dicuntur. Iccirco nos ſingula per quam diligenter expendemus.

f *Abjectæ*: Vox iſta non ſolum vilipenſam, verum etiam deſertam, ac repudiatam religionem, quam olim ſuſcepiſſe, ac poſtmodum abjeciſſe dicitur Porphyrius, optime ſignificare poteſt, illudque confirmare, quod ex Euſebio narrat Socrates l. III. H. Eccl. cap. XVIII. Atque innui videtur a S. Auguſt. L. X. de C. D. cap. XXVIII. quibus addi poſſet Epiſt. Urban. Godofr. Siberi ad Joh. Thom. in Miſcel. Lipſ. Tom. I.

portunius [g] inſultarent.

g *Importunius*. Al. *oportunius*.

3

Quorum alter Antiſtitem ſe philoſophiæ [a] profitebatur, verum ita vitioſus [b], ut continentiæ Magiſter, non minus avaritia, quam libidinibus arderet: in victu tam ſumptuo-

a *Antiſtitem ſe philoſophiæ*. Iſta Porphyrio omnino congruunt; non ſolum enim S. P. N. Cyrillus Alex. L. VI. *contra Julian.* teſtatus eſt, eundem ſapientiæ opinionem non vulgarem apud Græcos occupaſſe; verum etiam ob ingenii excellentiam *Philoſophum* a Platonicis cognominatum antonomaſtice fuiſſe, plerique tradiderunt. Vide Wier. *de Mag. Infam.* cap. III. Et Eunap. in vita illius.

b *Verum ita vitioſus*: Holſtenius *ſept.* VII. *de Vita, & Script. Porphyrii*: hæc illi minime accomodari poſſe, contendit; nam etſi rabidum canem, impium, blaſphemum, veritati, ac Dei hoſtem infenſiſſimum eum appellant Hieronymus, Euſebius, Cyrillus, Auguſtinus, aliique paſſim Scriptores; nullus tamen eſt, qui illum de libidine, de luxu, de aſſentatione, de avaritia, ac demum de paraſiticis artibus, atque de ambitu aliquando poſtulaverit. Quinimmo nec ſeni, qualem eum fuiſſe, demonſtrat vita Plotini, ab ipſo perſcripta, congruere illa videntur, quæ de Philoſopho ſuo dicit Lactantius. At hac argumentatione nihil conficit Holſtenius. Quemadmo-

ptuoſus [c], ut in ſchola virtutis aſſertor, parſimoniæ, paupertatiſque laudator, in palatio pejus cœnaret, quam domi: tamen vi-

---

modum nihil conficeret, ſi Socratis apologiam verbis iiſdem ſcripſiſſet, vindicandi gratia decantatam hujus philoſophi ſobrietatem. Etenim is *albens canitie*, ut ait S. Cyrillus, in venereorum uſu vehementior fuit, abutebaturque duabus uxoribus, ac ſimul communibus quibuſdam meretricibus, eodem teſte Porphyrio apud eundem *L.* VI. *contra Julianum*, & apud Theodor. L. XII. *Græc. affect.* quamquam nec Melitus, nec Anytus Socratis hoſtes infeſti, talia de illo ad judices detuliſſe dicantur, qualia de eodem ſcripſit Porphyrius. Vide hac de re Socratem hiſtoricum *Hiſt. Eccl.* L. III. cap. XIX. Si autem de obſcenitate Porphirii teſtimonium quæras, lege Euſebium L. III. cap. VII. *Præp. Evang.* ubi recitatis quibuſdam illius verbis: *Hæc*, inquit, *egregius philoſophus, quibus quid fœdius, ac turpius dici poſſet? Quum per ea res etiam turpiſſimæ verbis graviter, ac magnifice prædicentur*.

c *In victu tam ſumptuoſus* &c. Bon. *tam &*: Al. *tamen*: forte *tametſi... at*. Porphyrius Romæ aliquando degens, quum cibum omnem, teſte Eunapio, reſpueret, hominumque veſtigia vitaret, inedia prope confectus jacuit, quamobrem conſilio Plotini magiſtri ſui, XXXVI. agens annum in Siciliam navigavit. Non tamen credas hoc parſimoniæ ſtudio, aut ſanæ mentis inſtinctu feciſſe; ſed potius atra bile in furorem actus, ut ipſemet in vita Plotini teſtatus eſt.

vitia ſua capillis & pallio [d], & (quod maximum eſt velamentum) divitiis prætegebat, quas ut augeret, ad amicitiam judicum iſto ambitu [e] penetrabat, eoſque ſibi repente authoritate falſi nominis [f] obligabat, non modo, ut eorum ſententias venderet, verum etiam, ut confines ſuos, quos ſedibus [g], agriſque pellebat, a ſuo repetendo [h], hac potentia retarderet.

Hic

d *Capillis, & pallio*: Vide dicta ad L. III. cap. xxv. ſeg. *6.*

e *Iſto ambitu*. Al. *miro ambitu*.

f *Authoritate falſi nominis* &c. Aptiſſima hæc ſunt ad Porphyrium indicandum; ſiquidem ſic ipſe, ubi ſupra de ſe loquitur. *Amelius autem librum mihi dicavit, meque ipſa inſcriptione Baſilæa, J. E. Regem, cognominavit. Id enim mihi nomen erat; & patria quidem lingua nominabar Malcus, quo nomine vocabatur & pater. Malcus autem in Græcam tranſlatus linguam, Rex appellatur.* Hujus itaque falſi nominis authoritate judicum animos occupabat; quaſi Rex a Rege genitus.

g *Sedibus*. Al. *ædibus*.

h *A ſuo repetendo* &c. Plotini fortaſſe, ut fidelem diſcipulum decebat, veluti hæreditario jure, mores imitatus, qui, eodem teſte Porphyrio, alienis fruebatur bonis; nam *multi viri, multæ & mulieres, generis nobilitate pollentes, quum morti jam propinquarent, filios ſuos tum mares, tum foeminas una cum omni eorum ſubſtantia, Plotino, tamquam ſa-*

ſacro cuidam, divinoque cuſtodi tradebant, atque commendabant, Quod ut & ipſe, nemine id cum eodem agente, in ſe derivaret, Marcellam eruditionis laudibus ſibi devinxit, & admirabilem foeminam prædicavit, præſertim in quodam jamdiu deperdito libro, quem *Ad Marcellum conjugem* inſcripſiſſe dicitur; eam ſiquidem, Cyrillo teſte L.VI. *Cont. Jul. col.*608. tamquam conjugem habere voluit, *non ſuſcipiendæ prolis gratia*, ut ait Eunapius, *ſed uti filios erudiret, quos ex amico ſuo uxorem partu edidiſſe noverat*. Interea tamen alieno alebatur ſumptu, & fruſtra, quæ filiis amici debebantur, hi ab eo repetebant. De eo Fabric. Bibl. Gr. Tom. IV. Par. II. pag. 191. Eunap. pag. 18.

4

Hic vero, qui ſuas diſputationes moribus deſtruebat, vel mores ſuos diſputationibus arguebat, ipſe adverſus ſe gravis cenſor, & accuſator acerrimus, eodem ipſo tempore, quo juſtus populus nefarie lacerabatur[a], tres libros evomuit contra religionem,

a *Tres libros evomuit contra religionem, nomenque Chriſtianum*: Hinc aliud argumentum deſumpſit Holſtenius ad oſtendendum, heic de Porphyrio Lactantium non eſſe locutum; nam eum non in Bithynia; ſed in Sicilia, non tres, ſed XV. libros adverſas Chriſtianos ſcripſiſſe, traditum eſt ab Euſebio, & Hie-

nem, nomenque Chriſtianum *b*.

Pro-

& Hieronymo. Sed erraſſe Holſtenium inde apparet, quod ipſe Euſebii verba cap. XIII. L. VI. *H. Eccl.*, quibus ille narrat: *Quum Porphyrius noſtra jam memoria in Sicilia degens (qui quidem libros contra nos, quibus divinas ſcripturas calumniis inſectari conatus eſt* &c.) expuncta parentheſi, ac ſenſu immutato, ſic interpretatus eſt: *Porphyrius noſtra memoria in Sicilia libros adverſus nos edens* &c. Quæ quantum differant, neminem ignorare, putamus. S. autem Hieronymus aſſeruit quidem loquens de Eſebio cap. LXXXI. *de Viris Illuſtr.* PORPHYRIUM IN SICILIA SCRIPSISSE, non autem quot libros; ideoque nulla repugnantia in eo apparet, quod tres ſcripti ſint in Bithynia, alios Romæ, in Sicilia alios: nam ex eodem Hieronymo in cap. XXIV. *Matth.* habemus: *De hoc loco .... multa Porphyrius* XIII. *operis ſui volumine contra nos blaſphemavit; cui Euſebius Cæſarienſis tribus reſpondit voluminibus* &c. quamquam ubi ſupra, hunc contra illum XXX. elucubraſſe volumina, dixiſſet. Adde eundem Euſebium L.X. *Præpar. Evang.* cap. IX. ubi narrat, Porphyrium non ſolum adverſus Religionem Chriſtianorum libros perſcripſiſſe, verum etiam *Hebræos, & ipſum Moyſen, cæteroſque poſt illum prophetas iiſdem contumeliis oneraſſe* &c. Quamobrem obvia ex præmiſſis erit expoſitio ſi dicatur; Porphyrii libros XV. fuiſſe; ſed ad Lactantii manus tres tantummodo delatos eſſe, quos tum ille ſolummodo elucubraverat, vel in quibus dumtaxat adverſus Religionem Catholicam, & Chriſtianum nomen, infandum caput erexit; ſcimus quippe ex eodem Hieronymo *in Matth. ubi ſupra*, quod blaſphemus

mus ille : *Dicendi facultate deſtitutus, ſe ad interpretes lacerandos convertit, ipſumque Origenem in primis, quem tamen dum probris, & maledictis concidere molitur, imprudens maximis laudibus effert, partim vera dicendo, quum aliter nullo modo dicere queat: partim falſa comminiſcendo, in quibus ſe putavit a nemine poſſe deprehendi.*

b *Nomenque Chriſtianum*. Bon. *Chriſtianorum*.

5

Profeſſus ante omnia, philoſophi officium eſſe, erroribus hominum ſubvenire, atque illos ad veram viam revocare, id eſt, ad cultum deorum [a], quorum numine, ac majeſtate [b] (ut ille dicebat) mundus gubernaretur, nec pati homines imperitos quorundam fraudibus illici, ne ſimplicitas eorum, prædæ, ac pabulo ſit hominibus aſtutis.

a *Id eſt ad cultum Deorum*. Al. ad *cultus*.

b *Quorum numine, ac majeſtate, (ut ille dicebat)* Bon. quæ intra parentheſim ſunt, non habet; & pro *numine* legit: *nomine*.

6

Itaque ſe ſuſcepiſſe hoc munus, philoſophia dignum, ut præferret non videntibus lumen ſapientiæ, non modo, ut ſuſceptis

ptis deorum cultibus reſaneſcant [a], ſed etiam ut pertinaci obſtinatione depoſita, corporis cruciamenta devitent, neu ſævas membrorum lacerationes fruſtra perpeti vellent [b].

a *Ut ſuſceptis Deorum cultibus reſaneſcant*. Ovidius Amor. Eleg. x. ℣. 9..... *Animique reſanuit error*. Unde Gronov. *obſ.* Lib. II. c. xx. Authoritate Lactantii ſic legendum eſſe judicavit; eumque Heinſius, & Dukerius ſecuti ſunt. Walchius autem heic ait: *Reſaneſcere* ad animum Lactantius retulit, nec melior vox eſt, quam *reſanare*.

b *Perperi vellent*. Al. *velint*.

7

Ut autem apparet, cujus rei gratia, opus illud elaboraſſet, effuſus eſt in principum laudes [a], quorum pietas & providentia (ut quidem ipſe dicebat) cum in cæteris rebus, tum præcipue [b] in difendendis deo-

a *Effuſus in principum laudes*: Tò *in* ab Iſæo omiſſum reſtituo ex noſtro, aliiſque Mss. Codd. Animum heic Lector adverte, Lactantium etiam in Lib. de M P. cap. 1. ſeg. 3. *Principum* vocabulo Conſtantinum, & Licinium, pace Eccleſiæ reddita, ſignificaſſe. At heic de perſecutione mota loquens, Diocletianum, atque Maximianum indicare voluiſſe, certum eſt.

b *In cæteris rebus, tum præcipue*: Al. *rebus humanis*. Vox ultima ex ſequentibus heic perperam irrepſit.

deorum religionibus claruiſſet: conſultum eſſe tandem rebus humanis, ut cohibita impia, ac anili [c] ſuperſtitione, univerſi homines legitimis ſacris [d] vacarent, ac propitios ſibi Deos experirentur.

c *Impia, ac anili*. Bon. *hac anili*. Al. *& anili*.

d *Legitimis ſacris*: Euſebius L. III. Præp. Evang. cap. IV. Al. VI. p. 133. de Porph. loquens ait: *Maximam cum Dæmonibus, quos ipſe Deos nominat, converſationem, conſuetudinemque injiciſſe, cauſſam eorum ſtudioſiſſime defendiſſe, & quidquid ad ipſorum naturam, & religiones pertinebat, longe omnium accuratiſſime rimatum eſſe*. Quæ autem legitima eorundem ſacra eſſent, jurejurando interpoſito, ex abditis Oraculis cuidam ſub roſa revelaſſe, idem tradidit hiſtoricus.

8

Ubi autem religionis ejus, contra quam perorabat, infirmare voluit rationem, ineptus, vanus, ridiculus apparuit [a], qua gra-

a *Ineptus, vanus, ridiculus apparuit*. Hæc quoque Holſtenio viſa ſunt oppoſita iis, quæ de Porphyrio tradiderunt ſcriptores, inter quos Eunapius, Proclus, Macrobius, & alii quidam, qui dictionem, ingenium, ſtudiumque illius commendant. At contra Hieronymus apud eundem Holſtenium, illum appellat: *Stultum, & Sycophantam*. Socrates L. III. *H. Eccl.*

gravis ille conſultor utilitatis alienæ, non modo quid oppugnaret, ſed etiam quid loqueretur, neſciebat.

Eccl. eundem vocat: *Scurram cum Juliano Apoſtata comparandum*. Theodoretus eum fuiſſe dixit: *Simium imitatorem*, & *Graculum alienis pennis excultum*; ne alios commemorem, lectorem meum ad Euſebii L. VI. H. Eccl. cap. XIII. ablego, ut Holſtenii argumenta quam infirma ſint, penitus noſcat.

9

Nam ſi qui noſtrorum adfuiſſet [a], quamvis temporis gratia non congrueret [b], animo tamen deriderent [c], utpote quum viderent hominem profitentem, ſe illuminaturum alios, quum ipſe cæcus eſſet: reducturum alios [d] ab errore, quum ipſe ignoraret, ubi pedes ſuos poneret; eruditurum alios ad veritatem, cujus ille ne ſcintillam quidem unam vidiſſet aliquando, quippe quum ſapientiæ profeſſor, profligare ſapientiam niteretur. Om-

a *Nam ſi qui Noſtrorum adfuiſſet* &c. Al. *affuerunt*. Al. *adfuerint*.

b *Non congrueret*. Al. *conniverent*. Al. *congruenter*. Al. *cohiberent*. Aldus *conticeſcerent*.

c *Deriderent*. Al. *deriſere*. Al. *deriſerunt*. Al. *deridebant*.

d *Reducturum alios*. Al. *docturum*. Al. *redditurum*. Bon *ducturum*.

10

Omnes tamen id arguebant, quod illo potiſſimum tempore [a] id opus [b] eſſet aggreſſus, quo furebat odioſa crudelitas [c]. O philoſophum adulatorem, ac tempori ſervientem!

C 2 Ve-

a *Potiſſimum tempore*. Bon. *potentiſſimo tempore*.

b *Id opus*. Al. *id operis*.

c *Odioſa crudelitas*. Al. *credulitas*. Al. *ocioſa*. Al. hæc verba non habent. Al. his verbis caput II. abſolvunt. Holſtenius vero, quum de hac circumſtantia non ſit locutus Auguſtinus L. x. *de Civit. Dei*: inde concludit: *Nonne certiſſimis rationibus ex hoc loco colligitur, vel Porphyrium poſtremæ illius perſecutionis tempore non ſcripſiſſe; vel ſupinam Auguſtini fuiſſe ignorantiam, aut oblivionem, qui tali loco rem tantam præteriret*. Ego vero nihil tale inde erui poſſe exiſtimo; quinimmo, niſi me omnia fallunt, de ipſa perſecutione ibidem apertiſſime loquitur Auguſtinus; nam expendens effatum illud Porphyrianum: *Nondum receptam unam quandam Sectam, quæ univerſalem viam animæ contineat liberandæ*: ſtatim ſubdit: *Neque enim*, ait, *non eſſe; ſed hoc tantum bonum, tantumque adjutorium nondum receptum, nondum in ſuam notitiam eſſe perlatum. Nec mirum: tunc enim Porphyrius erat in humanis, quando illa liberandæ univerſalis via, quæ non eſt alia, quam religio Chriſtiana, oppugnari permittebatur ab Idolorum, Dæmonumque cultoribus, Regibuſque terrenis, propter aſſe-*

aſſerendum, & conſecrandum Martyrum numerum, hoc eſt, teſtium veritatis; per quos oſtenderetur, omnia corporalia mala pro fide pietatis, & commendatione veritatis eſſe toleranda. Coecam habere mentem, neceſſe eſt, qui perſecutionem heic non videt ſub Porphyrii oculis agitatam. Age vero, & quæ ſequuntur paulliſper expendamus. *Videbat ergo iſta Porphyrius, & per hujuſmodi perſecutiones cito iſtam viam perituram; & propterea non eſſe ipſam animæ liberandæ univerſalem putabat. Non intelligens, hoc quod eum movebat, & quod in ejus electione perpeti metuebat, ad ejus confirmationem, robuſtioremque commendationem pertinere.* Patet itaque manifeſtiſſimo Auguſtini teſtimonio, Porphyrium perſecutionum illarum tempore vixiſſe, de quibus heic, & alibi Lactantius loquitur.

II

Verum hic pro ſua inanitate contemptus [a] eſt, qui & gratiam, quam ſparavit, non

a *Verum hic pro ſua inanitate contemptus eſt*: Prima vox in Bon. Cod. non legitur. Al. *pro ſua vanitate*: quam variationem jam alibi me notaſſe memini. Quæ autem aſſeruntur clariſſime ſuperius dicta confirmant; nam durante adhuc perſecutione S Methodius, Olympi Lyciæ, & poſtea Tyri Epiſcopus, Porphyrii *Sophiſticationes* ex parte irriſit, ex parte refutavit, quem deinde alii imitati ſunt. S. Hieronymus *de Vir. illuſtr.* ſub dubio quorundam opinionem

non [b] adeptus eſt: & gloriam, quam captavit, in culpam [c], reprehenſionemque converſa eſt.

nem refert, qui S. Methodium ſub Decio martyrio coronatum putabant; ſed ipſe: *ad extremum noviſſimæ perſecutionis* id narrat contigiſſe; quam ſententiam viri doctiſſimi, cum Leone Allatio, rerum Græcarum vere Polyhiſtore, merito ſunt amplexi.

b *Qui gratiam, quam ſperavit, non adeptus eſt*: Al. *non eſt adeptus*. Bunem. mallet: *quin & gratiam* &c.

c *Et gloria, quam captavit, in culpam, reprehenſionemque converſa eſt*. Al. hæc non habent, vel immutato verborum ordine exhibent. Et iſta Porphyrio apprime congruunt, quem Principibus gratum, atque acceptum fuiſſe, nuſquam legitur.

12

Alius eandem materiam [a] Mordacius ſcrip-

a *Alius eandem materiam mordacius ſcripſit* Tertium hinc caput apud quoſdam auſpicatur. Hunc Hieroclem illud fuiſſe putarunt Baronius, Betulejus, Iſæus, aliique, quem S. Epiphanius Hær. LXVIII. dicit, in Ægypto præfecturam egiſſe, quod ex Lib. *de Mortibus Perſecutorum* confirmamus ad cap. XVI. ſeg. 4. Errant propterea qui iſtum cum Stoico philoſopho homonimo, de quo Gellius, vel cum Platonico, de quo Photius, & Suidas, locuti ſunt, perperam commutarunt. Immo, ut bene vidit Fabricius

ſcripſit, qui erat tum è numero judicum [b], & qui Author [c] in primis faciendæ perſecutionis [d] fuit : quo ſcelere non contentus, etiam ſcriptis eos, quos afflixerat, inſecutus eſt.

cius Bibl. Græc. L. II. cap. XII., audiendus non eſt Jonſius, juniorem, neſcio quem comminiſcens Euſebium, contra eundem ſcribentem, ut ad Sæculum Eccleſiæ v. Hieroclem pertinentem oſtenderet.

b *Qui erat tum è numero judicum*. Al. *tunc*: Vicarium-ne, an Præſes ? ignotum; nam idem Lactantius in Lib. de M. P. *Hieroclem*, ait, *ex Vicario Præſidem*, fortaſſe Bithyniæ. Eundem vero etiam Alexandriæ præfuiſſe, putat Valeſius in *annotat. ad Cap.* v. *Euſebii de Martyribus Paleſtinæ*, ubi narratur, eum a S. Ædeſio verbis, ac pugnis pudore, atque ignominia affectum fuiſſe. Apud Ruinart. *in Actis Martyr. ſinceris*, non *Hierocles*, ſed *Herocles* appellatur.

c *Et qui author*: Al. *Actor*.

d *Faciendæ perſecutionis*. Al. *perficiendæ*. Al. *proſecutionis*. Male; nam idem Lactantius de M. P. cap. XVI. ſeg. 4. de eodem loquens: *Deinde in Hieroclem*, ait, *ex Vicario præſidem, qui author, & conſiliarius ad faciendam perſecutionem fuit*.

13

Compoſuit enim libros duos [a], non con-

a *Compoſuit enim libros duos*. Al. *libellos*. Quos pe-

contra Chriſtianos, ne inimice inſectari videretur, ſed ad Chriſtianos, ut humane, ac benigne conſulere putaretur: in quibus ita falſitatem Scripturæ Santæ [b] arguere conatus eſt, tamquam ſibi eſſet tota contraria.

 Nam

periiſſe, omnes de re libraria Scriptores, exiſtimant; quamquam nonnulla eorum fragmenta apud Euſebium legantur in opuſculo, quod adverſus eundem conſcripſit; non ut omnia ejuſdem deliria confutaret, ſed præcipue, ut oſtenderet ex Philoſtrato, quis revera fuerit Apollonius Tyanæus, quem Servatori Noſtro Jeſu Chriſto comparare, ac præponere auſus fuerat Hierocles; *ſed*, ut Euſebius ait, *ex aliorum non ſententiis modo, verum etiam dictionibus quoque ipſis, ac pene ſyllabis, impudenter fuerant ſubducta*. Quæ heic annoto, ut iis, quæ ſequuntur, facem præferant.

b *Scripturæ Sanctæ*: Al. *ſacræ*. Permutatio frequens in noſtris Codd. En quæ ab aliis deſumpſerat Hierocles; nec a veritate me longius abire putem, ſi dixero, eum in ſuos libros tranſtuliſſe, quæ de Prophetis, atque Evangeliſtis dixerant ante ipſum Sacrarum Scripturarum oſores, illas tamquam ſuppoſitias, aut fabulis interpolatas, traducentes. Nam idem Euſebius eadem ſe refutaturum ibidem pollicetur, ſubdens: *Non indigna nimirum, quæ & ipſa ſua quandoque refutatione damnentur; tametſi re quidem jampridem, licet non deſtinato opere, ſeu contra ſe ſtylo, ſatis illa everſa videantur, voluminibus octo ab Origene conſcriptis in Celſi orationem, quæ* VERA in-

inſcribitur, vel PHILALETHE *ipſo arrogantiorem multo, jactatioremque*. Hinc fortaſſe factum eſt, quod Siberus Epiſt. IV. ad Jo: Fridericum Tomaſs. exiſtimavit: *poſteriorem* HANC *Lactantii proſopographiam ad Porphyrium potius pertinere*; non videns, *hujuſmodi homines*, alium ad alio deliria exſcripſiſſe; ſeque in eodem illo errore verſatum, de quo Theophylum Raynaudum paullo ante arguerat, quum ait: *Moneo diſcrepantiam eruditorum, qui duos Philoſophos aliquando inter ſe commutarunt ita ut quæ ad Hieroclem ſpectarent, ea ad Porphyrium referrent; quæ ad Porphyrium, ea Hierocli tribuerent, quod Theophilus Raynaudus fecit in Lib. de Juda proditore &c.*

14

Nam quædam capita, quæ repugnare ſibi videbantur, expoſuit [a], multa, adeo intima enumerans, ut aliquando ex eadem diſciplina fuiſſe videatur [b].

---

a *Quædam capita, quæ repugnare ſibi videbantur, expoſuit &c.* Hæc autem illa erant, de quibus teſtatur Euſebius in Libro adverſus eundem ſcripto: *Non eſſe quidem ſua ipſius, ſed ex aliorum non ſententiis modo, verum dictionibus quoque ipſis, ac pene ſyllabis impudenter ſubducta*. Heum. *Deleo*, inquit, *non dubitatans ita ſcripſiſſe Lactantium*: CONTRARIA CAPITA, QUÆ REPUGNARE SIBI VIDEBANTUR &c. Sic ſæpe hunc hominem novimus hariolari.

b *Ex eadem diſciplina fuiſſe videatur*. En aliud diſciplinæ arcani non obſcurum documentum. Nam ex eo quod Scriptura Sacra illi ignota non fuerat, con-

conjecit Author, potuiſſe eundem deſertorem ſuſceptæ aliquando fidei fuiſſe: quod tamen non affirmat; ut mox videbimus.

15

Quod ſi fuit, quis eum [a] Demoſthenes poterit ab impietate defendere? qui religionis, cui fuerat accenſus [b], & fidei, cujus nomen induerat, Sacramenti, quod acceperat [c], proditor factus eſt, niſi forte caſu in manus ejus [d] divinæ literæ inciderunt.

a *Quis eum Demoſthenes*: ſcilicet. *Quis Orator ſummus*, qualis inter Græcos Demoſthenes, inter Latinos Cicero, uterque in cauſſis reorum patrocinandis excellentiſſimi.

b *Accenſus*. Al. *aſſenſus*; ſed prave. Nam *accenſeri* idem valet, ac *adſcribi*, ab *accenſeo*, quo verbo utebantur Romani ad indicandos milites, qui Legionibus jam integris, ultra numerum præfinitum addebantur, & communi vocabulo dicebantur *Accenſi*. Vide Vegetium *de Re Militari*. L. II. Cap. XIX.

c *Et Sacramenti, quod acceperat*: Confirmatur hinc, quod paullo ſupra diximus de Arcani diſciplina; *Sacramenti* vocabulum pro re abdita uſurpando, ut apud Tobiam Cap. XII. ℣. 7. dicitur. *Sacramentum regis abſcondere bonum eſt*.

d *Niſi forte caſu in manus ejus &c*, Ultimum hocce verbum in Bon. non legitur. Poterat facile hoc tunc

tunc contingere; nam, qui traditores dicebantur, ii erant, qui judicibus Sacros Codices debant, quos Hierocles, quum e numero judicum eſſet, videre utique, ac legere potuit.

16

Quæ igitur [a] temerarias erat, id audere diſſolvere, quod illi nemo [b] interpretatus eſt? Bene; quod aut nihil didicit, aut nihil intellexit. Tantum enim abeſt a divinis literis repugnantia, quantum ille abfuit a veritate, & fide. Præ-

a *Quæ igitur*. Schottus: *quæ enim*.

b *Quod illi nemo interpretatus eſt*. Ex his Gallæus intelligere poterat, Divinarum Scripturarum ſenſa talia ſemper in Eccleſia habita fuiſſe, ut non omnibus: ſed iis dumtaxat, quibus a Deo munus interpretandi eas, datum eſt, aperta eſſe poſſint; quod ex D. Pauli Epiſtola ad Corint. 1. Cap. xii. ℣. 10. eruitur; & non cum iis deſipere, qui etiam mulierculis divina eloquia intelligibilia eſſe, ſtultiſſime contendunt.

b *Præcipue tamen Paulum, Petrumque laceravit, ceteroſque &c.* Al. *Petrum, Paulumque*. Quid adverſus eos ſcripſerit Hierocles, Euſebius 1. Libro contra eundem ſcripto paucis ſic refert: *Id quoque dignum eſt conſideratu, quod Jeſu res geſtas Petrus, & Paulus, aliique ſimilis notæ mirifice extulerint, homines mendaces, indocti, impoſtores &c.* Quod doloſum calumniarum genus refellere ibidem noluit, upote jam vindicatum ab ſe adverſus Porphyrium ſcribente. Is enim, teſte Hieronymo in Prolog. Epiſt. ad Ga-

Galat. & ad Cap. ejuſdem xi. ℣. 10. Erroris Petrum, procacitatis Paulum poſtulavit; quum potius, ut Auguſtinus ait Epiſt. olim 82., nunc 22., laude digna eſſent & *juſtæ libertatis in Paulo, & ſanctæ humilitatis in Petro* luculentiſſima exempla. Julianus Apoſtata apud S. Cyrill. Lib. II. in illum lucubrato, omnium Apoſtolorum *eruditionem*, figmenta hominum malignitate compoſita, nihil divinum, ſed puerilia, & *monſtriloquentia* omnia eſſe, aſſeruit. Quibus, ne in impietate par videretur Spinoza *Tract. Theolog-Polit.* Cap. xi., eos non locutos fuiſſe, ut Apoſtolos, & Prophetas, ſed ut doctores, variis opinionibus imbutos, demonſtrari poſſe contendit ex Epiſtolis D. Pauli, ac D. Jacobi circa fidem, & bona opera ad juſtificationem neceſſaria. Tandem hujus impii hominis diſcipuli, etiam Epiſtolarum, atque totius novi Teſtamenti ſtylum deridént, & parvi pendunt, ut ii, quos ſuperius nominavimus, feciſſe dicuntur. Hos *viri fortes* magiſtros laudant, vel habent, vel eorundem ſuppreſſis nominibus, de eruditione Apoſtolorum, atque Evangeliſtarum obloquuntur; ſed vide a nobis dicta Diſs. xxix. Cap. iii. §. iii. Ibi enim & iſta, & quæ ſequuntur, quam falſa, & impia ſint, demonſtravimus: & quidem jam diu ante ab Origene contra Celſum protrita, atque percalcata.

17

Præcipue tamen Pualum, Petrumque laceravit, cæteroſque [a] diſcipulos, tamquam fal-

a *tamquam fallaciæ ſeminatores*. Bon. *ſectatores*.

His

fallaciæ ſeminatores [b], quos eoſdem tamen rudes, & indoctos fuiſſe teſtatus eſt: nam quoſdam eorum piſcatorio artificio feciſſe quæſtum: quaſi ægre ferret, quod illam rem non Ariſtophanes [c] aliquis, aut [d] Ariſtarchus commentatus ſit. CAP.

---

b His iiſdem elogiis eos ornant noſtri temporis homines nefarii, de quibus vide in diſſ. laudata; & infra ad cap. ſequens.

c *Ariſtophanes*: Græcus ſcilicet Comicus, quem aliqui Byzanthinum, alii Rhodium, Lydium nonnulli, & lege Athenienſem dicunt, patre Philippo natum, inventorem Tetrametri, & Octometri carminis, teſte Suida: Ariſtarchi Magiſtrum, & Socratis deriſorem acerrimum. Nihilominus Platoni adeo is carus erat, ut Sophronius de eo dixerit ex Menagio apud Laertium Lib.III. ſeg. 18. *Libenter etiam cum Ariſtophane, & Sophrone verſatus eſt, a quibus perſonarum in dialogis imitationem didicit. Hos autem tantopere dilexit, ut in ejus jam defuncti lecto repertus ſit Ariſtophanes, & Sophron.* Sed & hujuſmodi epigramma inAriſtophanem compoſuiſſePlato dicitur:

Gratia perpetuum ſibi templum; experſque ruinæ
Requirens, animam cepit Ariſtophanis.

Revera tamen homo improbus fuit nulla religione præditus, & tanta turpitudine venalis, ut quæſtum in calumniis, atque in irriſionibus feciſſe dicatur. Unde Lucianus eum cum Eupolide comparando: *homines*, inquit, *idoneos ad traducendum, quæ ſunt maxime ſevera, ad irridendum, quas bene habent.* Bis accuſ. ſeg. 33.

d *Aut Ariſtarchus*: Non philoſophus ille Samius, ſub

ſub cujus nomine Robervallius librum edidit: *de Mundi Syſtemate*, ut motum telluris circa immotum ſolem ſtatueret; nec Tegæates alter poeta Tragicus, qui Æſculapio fabulam vovit, quum ab eo corporis valetudinem, ſe recepturum ſperaret; ſed Grammaticus, lege Alexandrinus ex Samotracia, patre itidem Ariſtarcho natus Olymp. CLVI. ſub Ptolemæo Philometore, commentariorum ſcriptor, Ariſtophanis diſcipulus, de quo Ælianus V. H. memoriæ tradidit, eum tam caſtigato judicio fuiſſe præditum, ut Homeri verſus non putaretur, niſi is, qui ab Ariſtarcho eſſet probatus. Hinc factum eſt, ut excellentes Critici antonomaſtice de ejuſdem nomine *Ariſtarchi* appellarentur: Unde Horat. de *Arte Poetica* ℣. 347.

Arguet ambigue dictum, mutanda notabit:
Fiet Ariſtarchus &c.

Et Cicero L. 1. ad Attic. Ep. 1x. *Ego varia meis orationibus, quarum tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere.*

C A P. III.

1

ABfuit ergo ab iis fingendi voluntas, & aſtutia a, quoniam rudes fuerunt. At quis poſſit indoctus apta inter ſe, & cohæ-

a *Abfuit ergo ab iis fingendi voluntas, & aſtutia* &c. Nempe ab Apoſtolis, quos rudes fuiſſe, increduli dicebant. Conſequens enim eſt, dolos, fraudes, ac

hærentia [b] fingere, quum philoſophorum doctiſſimi Plato, & Ariſtoteles, & Epicurus, & Zenon, ipſi ſibi repugnantia, & contraria dixerint [c]? Hæc eſt enim mendaciorum natura, ut cohærere non poſſint.

---

ac mendacia nectere, eos neſcire, qui hebetes, & ignari ſunt. Hinc Scriptoris noſtri ſagacitatem intellige, ſtultitiamque illorum, qui hujuſmodi argumenta iterum nobis opponunt; magis repugnantia addentes; Nimirum, Apoſtolos revera credidiſſe Chriſto viventi, ac prædicanti; ſed cognita poſtmodum illuſione, voluntarie, in errore perſeveraſſe, ne ab iis deriderentur, a quibus impugnabantur. Quaſi vero ſimile ſit, rudes, ac plebejos homines cum vitæ propriæ diſpendio, & ſine utilitate, errores, in quos ipſi inciderunt, cum aliis communicare velle, ac pertinaci contentione per orbem univerſum diſſeminare.

b *Et cohærentia fingere* &c. Adverſus impium æque, ac ſtultum Spinozam, ejuſdemque ſectatores, qui aſſerunt, Apoſtolos, & Evangeliſtas in religione concordes fuiſſe, hocce argumentum maximam vim habet.

c *Repugnantia, & contraria dixerint?* Non ſolum Auguſtinus L.XVIII. *de Civ. Dei* cap.XLII. heic a Betulejo laudatus: ſed Gentiles ipſi, & præcipue Sextus Empiricus hoc ad evidentiam demonſtrarunt.

2

Illorum autem traditio, quia vera eſt, quadrat undique, ac ſibi tota conſentit, & ideo

ideo [a] perſuadet, quia conſtanti ratione ſuffulta eſt.

a *Quia vera eſt, quadrat undique, tota ſibi conſentit, & ideo* &c. Bon. *quia vera* (eſt enim quadrata) *undique tota ſibi conſentit* &c. Lectio hæc, cum inducta parentheſi ſpernenda non eſt; nam *quadratum* id proprie dicitur, quod rectos, & æquales quatuor habet angulos, totidemque lineis quaqua verſum menſuratur, ac propterea undique ſibi conſenſiens: & iccirco quadruplex Evangeliorum textus perfecta armonia ſibi ubique conſentaneus, ceu quadrato agmine, veritatem Catholicæ fidei propugnat, & quibuſvis adverſariorum aggreſſionibus immobilis obſtat, atque reluctatur. Al. *& quadrat ubique, ac tota* &c.

3

Non enim quæſtus [a], & commodi gratia, religionem iſtam commenti ſunt [b], quippe qui & præceptis, & re ipſa eam vitam ſecuti ſunt, quæ & voluptatibus caret, & omnia quæ habentur in bonis, ſpernit: & qui non tantum pro fide mortem ſubjerint &

a *Non enim quæſtus*. Sic etiam Aldus, & plerique Mss. Cod. ubi alii perperam legunt: *Non igitur*; nam hoc non eſt conſequens, a præmiſſis illatum: ſed nova propoſitio, quæ ex infra dicendis demonſtratur.

b *Commenti ſunt*. Bon. *commentiti ſunt*. Al. *commentati*.

& prædixerint [c], & poſtea univerſos, qui eorum diſciplinam ſecuti eſſent, acerba, & nefanda paſſuros.

c *Morituros eſſe ſe, & ſcierint, & prædixerint.* Ex pleriſque omnibus cum Mss. tum prælo editis *Tò & ſcierint* reſtituimus; quamquam in noſtro Codice non habeatur.

4

Ipſum autem Chriſtum affirmavit a Judæis fugatum, collecta noningentorum hominum manu, [a] latrocinia feciſſe [b].

a *Collecta noningentorum hominum manu.* Bon. *nungentorum.* Al. *ingentorum.*

b *Latrocinia feciſſe.* Blaſphemiam hanc, neminem, præter Hieroclem, protuliſſe novi, quamquam infamatum hac impoſtura eum vindicaverit Euſebius inquiens: *Num is ſeductor, qui ſummum philoſophiæ faſtigium tradiderit, diſcipuloſque ſuos docuerit, quæcumque poſſiderent bona, indigentibus impertiri, & laboris ſtudium, ac beneficentiam plurimi facere?*

5

Quis tantæ autoritati [a] audeat repugnare?

a *Quis tantæ authoritati* &c. Ironice dictum adverſus hominem palam mentientem, & omnino gratis tam enormem calumniam comminiſcentem.

re ? Credamus hoc plane : nam fortaſſe hoc illi in ſomnis Apollo aliquis [b] nuntiavit . Tot ſemper latrones perierunt , & quotidie pereunt (utique multos & ipſe damnaſti [c]) quis eorum poſt crucem ſuam , non dicam Deus , ſed homo appellatus [d] eſt ?

b *Apollo aliquis* : Non unus apud Ethnicos Apollo fatidicus , unde proverbium illud : *eris mihi alter Apollo* . Eundemque triformem aſſeruit Porphyrius ; quum ait , in Cælis , & apud ſuperos eſſe Solem . Liberum patrem in terris ; Apollinem apud inferos ,

c *Et ipſe damnaſti* : Tu ipſe Hierocles , qui judex ſedes , & nefarios homines condemnas .

d *Sed homo appellatus eſt* . Latrones ſemper apud mortales habiti ſunt in abominatione , ut humanitatis expertes , & quaſi communi naturæ ſenſu privati . Nam ii proprie ſunt , qui non ſolum ex rapto vivunt , ut fures ; verum etiam ex latere homines adoriri ſolent , & latenter iiſdem inſidiari , ut ſpolient , interficiant , & nemini parcant ; feris belluis ſimillimi ; unde Lactantius potius Martis homicidæ , quam furis Mercurii exemplum affert . Vide ad Lib. 1. c.x. ſeg. 7.

6

Verum tu forſitan ex eo credidiſti , quia vos homicidam Martem conſegraſtis ; quod tamen non feciſſetis , ſi illum Areopagitæ [a] in crucem ſuſtuliſſent .

 Item

a *Conſecraſtis ; quod tamen non feciſſetis , ſi illum Ar-*

Areopagitæ in Crucem ſuſtuliſſent. Al. poſt primam vocem ſtatim addunt, *ut Deum*, quæ ſupervacanea videntur. Reliqua fabulam reſpiciunt, de qua aliqua cum noſtro diximus ad Lib. I. Cap. x. ſeg. 4.

7

Item quum facta ejus mirabilia deſtrueret [a], nec tamen negaret, voluit oſtendere, Apollonium [b] vel paria, vel etiam majora

a *Item quum facta ejus mirabilia deſtrueret, nec tamen negaret*. Schottus: *Dein de quum* &c. Adverte Lector, Hieroclem auſum non fuiſſe negare ea, quæ ab Evangeliſtis de Chriſto Domino dicta ſunt; quod tamen alii poſteriores perfricta fronte fecerunt.

b *Apollonium*: Nempe, qui Tyanæus appellatus eſt a Tyana Cappadociæ urbe Ciliciæ contermina, in qua natus dicitur. Is quum a quibuſdam, tamquam philoſophus inter Pythagoreos primæ notæ; ab aliis, ut magus, dæmonibus familiaris; a nonnullis præſtigiator multo maximus; a pleriſque demum ſcitus Sycophanta, ſit habitus; mirum ſane videri poterit, quod natus ſub Auguſto, & toto fere orbe peragrato, mira ſemper patrando, uſque ad Nervam Imperantem, ſub quo diſparuiſſe, dicitur, neminem tamen invenerit, qui ante Philoſtratum, Septimio Severo regnante, ſcribentem, integram vitæ ſuæ hiſtoriam poſteris tradidiſſet. Nam etſi Damis Babilonius ejuſdem Apollonii diſcipulus, & itinerum comes, & maximus Ægrenſis pleraque de eodem memoriæ reliquiſſe, idem narret Philoſtratus; ii

jora feciſſe [c]. Mirum quod Apulejum prætermiſit [d], cujus ſolent & multa, & mira memorari.

D 2 Cur

ii tamen antiquis omnibus æque ignoti ſunt ac Apollonius ipſe, cujus ante Lucianum, & Moeragenem meminiſſe aliquem, non vidi. Infra iſtorum teſtimonia referam, ut quis vere fuerit Apollonius iſte, omnibus innoteſcat.

c *Vel paria, vel majora feciſſe*: Immo neque hujuſmodi quicquam aut Damis, aut Philoſtratus excogitare, ſine maxima repugnantia potuerunt.

d *Apulejum prætermiſit*. Is patria Madaurenſis fuit, Numida-Getulus, qui in apologia, quam pro ſe ipſo ſcripſit, univerſam fere vitæ ſuæ hiſtoriam tradidit. Nativitatis ejus verum tempus ignoratur; vixiſſe tamen temporibus Antonini Pii, item Philoſophi, ac Veri inde colligitur, quod ipſe mentionem faciat Lolliani Aviti, Claudii Maximi, Lollii Urbici, ac Scipionis Orphiti, quos ſub iiſdem principibus laudes promeruiſſe, exploratum eſt. ***Ab ineunte ævo unis ſtudiis literarum ex ſummis viribus ſe deditum, omnibus aliis ſpretis voluptatibus, ad hoc ævi, ſuper omnes fere homines impenſo labore, diuque, noctuque cum defectu, & diſpendio bonæ valetudinis ſe eruditionem, & eloquentiam quæſiviſſe***, teſtatus eſt Apol. pag. 180. Theurgiæ tamen, ac vanis magiæ ſtudiis operam dediſſe, vel una ejus *Metamorphoſis*, & illius præſertim epilogus abunde demonſtrat; unde non ſolum Anaſtaſius Sinaita, eum Apollonio jungit, & Arnobius inter magos recenſet; verum etiam Marcellinus Epiſt. IV. ad Auguſtinum ſcribit de paganis Chri-

Chriſtianorum obtrectatoribus: *Apollonium ſuum nobis, & Apulejum, alioſque magicæ artis homines in medinm proferunt, quorum majora contendunt extitiſſe miracula*. Quamobrem ſcite Lactantius, mirum eſſe ait, Hieroclem præteriiſſe Apulejum, inter cujus multa, & mira opera maximum illud recenſetur miraculum, quo in *Aſinum aureum* is converſus fuiſſe dicatur.

8

Cur igitur, o delirum caput, nemo Apollonium pro Deo colit [a]? niſi forte tu ſo-

a *Nemo Apollonium pro Deo colit?* Betulejus heic lectorem ablegat *ad Annotat. poſter. cap. 99. Joh. Bapt. Pii*. Pro *Apollonium* legit *Apulejum*; imo ut bene animadvertit Iſæus, in quibuſdam editionibus *Apollinem*. Sed nihil mutandum; quamquam enim matri ejus, in utero illum geſtanti, Ægyptiorum Proteus dixiſſe dicatur: *Ego ex te naſciturus*; quamquam Damis eundem tamquam Deum prædicaſſet, & Eunapius ſaltem ſemidæum appellat: immo etſi Antoninum Caracallam templum eidem dicaſſe, narret Dio Lib. LXXVII. & Alexandrum Severum in Larario ſuo ad ejuſdem effigiem ibidem una cum Chriſti, Abraami, & Orphei imaginibus collocatam, novo ritu, rem divinam feciſſe, tradat Lampridius *in Alex. Sev.* nuſquam tamen in Deorum album eum receperunt pagani; nec dum ſcribebat Lactantius ille divino cultu dignabatur quod animadvertere debebat Huetius, antequam falſi expoſtularet Lactantium *Dem. Evang. Prop.* IX. *ſ.* IV. reliqua videnda ſunt diſſ. XL. cap. XV. §. VIII.

ſolus [b]. Illo ſcilicet Deo dignus, cum quo perpetuo te verus Deus puniet [c].

b *Niſi forte tu ſolus* &c. Non ſibi coſtare videntur Philoſtratus, & Hierocles, qui aliquando Deum, aliquando *hominem*, *diis charum*, Apollonium dixerunt. Vide Euſeb. *Contra Hierocl. L.* I.

c *Perpetuo te verus Deus puniet.* Al. *in ſempiternum Deus puniet.* Cicero vel *perpetuo* dixit, vel *in perpetuum*; & *perpetuum, ac ſempiternum vocat ignem Veſtæ: Catelin.* IV. At *in ſempiternum* numquam apud caſte loquentes me legiſſe memini.

9

Si magus Chriſtus [a], quia mirabilia fecit, peritior utique Apollonius, qui (ut deſcribis) quum Domitianus eum punire vellet [b], repente in judicio non comparuit, quam ille, qui & comprehenſus eſt, & cruci affixus.

a *Si magus Chriſtus* &c. Phariſæi primum veneficii, ac nefariæ cum Dæmonibus conſuetudinis Chriſtum Dominum arguerunt, & deinde Ethnicorum nonnulli, qui miracula ejus negare non poterant; nec tamen divinitatem ipſius aſſerere voluerunt, hanc execrabilem impoſturam commenti ſunt. Vide SS. Patrum comm. in cap. IX. Matt. ℣. 34. cap. XII. ℣. 24. &c.

b *Quum Domitianus eum punire vellet* &c. Domitianus, Flavii Veſpaſiani filius, ac Titi frater, qui Dei,

Dei, ac Domini appellationem, quum Imperator Romanorum eſſet, ſibi adhuc viventi, decreviſſe dicitur, coram ſe Apollonium ſuæ dignitati adverſantem ſiſti juſſit, quem etſi abſolutum dimiſerit, Roma tamen diſcedere inhibuit, quum eſſe ſibi, quæ ſecum communicare vellet, monuiſſet. Apollonius vero coram omnibus, qui adſtabant, reſpondiſſe, fertur: *Scias velim, Domine Imperator, me non ſubdi tibi ullo Fato; & ut plenius tibi notum ſit, in caput meum nullam te habere poteſtatem: vale*; quibus dictis, diſparuit, & eadem hora Puteolis Damidi, qui ibidem, ſecundum quod Apollonius ei in carcere dixerat, præſtolabatur, ſubito ſe præſentem oſtendit. Nihil de hac fabula Euſebius, indignam prorſus eam eſſe refutatione ratus; nam idem Philoſtratus L. VII. cap. XXIV. faſſus eſt, magos ejuſmodi oſtenta efficere poſſe; ſed ob media adhiberi ab iis ſolita, non eſſe laudanda. Quid ineptius dici poterat ad fidem ſibi conciliandam?

10

At enim ex hoc ipſo fortaſſe inſolentiam Chriſti voluit arguere, quod Deum ſe conſtituerit, ut ille verecundior fuiſſe videatur, qui quum majora faceret, ut hic putat, tamen id ſibi non arrogaverit [a].

Omit-

a *Id ſibi non arrogaverit*. Quare ergo Protei vaticinium Damidi aperuit? Quare ſe Deum appellari paſſus eſt?

11

Omitto nunc ipſa opera comparare [a], quia ſecundo, & ſuperiore libro [b] de fraudibus, ac præſtigiis artis magicæ dixi.

---

a *Ipſa opera comparare*. Aldus, & Al. quidam: *computare*. Etiamſi verum eſſet hoc decantatum Apollonii oſtentum, ſemper infra illud remaneret, quo Chriſtus cruci affixus, mortuus, ac ſepultus, non ſolum reſurrexit, & viſibilem, ac palpandum ſe diſcipulis præbuit, verum etiam iiſdem cernentibus eſt elevatus in Cælum. Immo longe ab eo ſuperaretur, quo S. Petrus a vinculis, & carcere liberatus fuit, & quidem *vinctus catenis duabus*, quarum manicæ ipſum militibus utrimque una ſimul jacentibus adnectebant, ut habetur in Actis Apoſt. XII. a ℣. 5.

b *In ſecundo, & ſuperiore libro*: Scilicet Lib. II. Inſt. cap. XV. Al. XVI. & Lib. IV. cap. XIII. a ſeg. 4.

12

Nego eſſe quemquam [a], qui non optet in primis id ſibi poſt mortem contingere, quod etiam reges maximi concupiſcunt.

---

a *Nego eſſe quemquam* &c. Innatus eſt hominibus amor adipiſcendæ immortalitatis; quam tamen quum conſequi vivendo nequeant, fama ſaltem ea potiri nituntur.

13

Cur enim ſibi homines ſepulcra magnifica [a], cur ſtatuas, cur imagines comparant? cur aliquibus claris factis [b], aut etiam pro civibus [c] morte ſtudent opiniones hominum promereri? Cur denique ipſe ingenti tui monimentum hoc deteſtabile, ſtultitia, tamquam cœno ędificatum [d], conſtituere voluiſti, niſi quod immortalitatem de memoria nominis ſperas?

---

a *Sepulcra magnifica* &c. de Nerone narrat Svetonius, quod paullo antequam ſibi manus injiceret, ut impendentibus contumeliis ſe ſubtraheret: *ſcobrem coram fieri imperavit, dimenſus ad corporis ſui modulum: componique ſimul, ſi qua inveniretur, fruſta marmoris* &c. ne cum vita omnis ejus memoria periret.

b *Cur aliquibus claris factis* &c. Bon. *cur aliquis* &c. Al. *factis præclaris* &c.

c *Pro Civibus*. Bon. *prae cibibus*.

d *Stultitia, tamquam coeno ædificatum*. Bon. *ſtultitiæ qood caeno ædificatur*. Schottus: *tamqnam caemento* &c. Heum. *inædificatum*, quod merito reprobatur a Bunem.

14

Stultum igitur [a] eſt, id putare Apollonium

---

a *Stultum igitur eſt* &c. Al. *eſt igitur* &c.

nium noluiſſe, quod optaret utique ſi poſſet, quia nemo eſt, qui immortalitatem recuſet, maxime quum eum dicas & adoratum eſſe a quibuſdam, ſicut Deum, & ſimulacrum ejus ſub Herculis Alexicaci [b] nomine conſtitutum, ab Epheſiis etiam nunc honorari [c]. Non

---

b *Et ſimulacrum ejus ſub Herculis Alexicaci* &c. Bon. primam vocem quibuſdam punctis corrigendam indicàt. Iſæus *Herculis Alexiaci*; ſed male; nam Philoſtratus legit: Ἀποτροπαίȣ, & in noſtris Mss., & editis codd. *Alexicaci*, quæ nomenclatura eſt, quam Herculi tribuunt, nou quia Cacum Virgilianum latronem occidit, ut ſuſpicatus eſt Betulejus; ſed *quod in malis adjutor*, ſeu *quod malorum depulſor* credebatur? Lucian. Alex.4. ἀλεξίκακε ἡράκλεις. Idem epitheton Apollini datum eſſe, narrat Pauſanias in Atticis, quod a peſtilentia, oraculo Delphis reddito, eam regionem liberaverit. Item Æſculapio tribuebatur ob medicinæ peritiam; idque ſibi accomodavit Alexander ille Abonoteichita, ſeu Pſeudomantis, cui, teſte Luciano ubi ſupra *Tom. II. Dial.* VIII. §. V. *magiſter, & amator fuerat Tyanæus genere, ex familiartſſimis Apollonii Tyanæi, qui omnem illius tragediam noſſet*. Is enim oraculum commentus eſt, quod de ſe dixiſſe in vulgus ſparſit;

Ἀνδρὸς Ἀλεξντῆρος ὁμωκυμήνν τετράκυκλον.

c *Ab Epheſiis etiam nunc honorari*. Cauſſa, ob quam Epheſii hunc honorem Apollonio ſtatuiſſe dicuntur, ea fuit, ipſo apud Euſebium narrante, *Lib.* IV.

Lib. IV. contra Hieroclem: *Peſtilentia enim*, inquit, *ſub habitu mendici ſenis Epheſum peragrabat; hanc ego conſpicatus, comprehendi, luem civitati non modo ſiſtens, verum penitus tollens*. Modus autem, quo tantum malum averruncavit, ſic ab eodem Euſebio exponitur. *Quem quidem ſenem quum Tyanæus juſſiſſet lapidibus cædi, primum, ait, peſtilenti obtutu flamma luminibus ejaculatum: tum vero, conjectis obrutum lapidibus, in effigiem obſcœni canis ſe transformaſſe, cui rabidorum more, terræ circa rictum ſpumæ undarent* &c. Unde ſubdit. *Quis non igitur libere cachinnetur ad præſtigiatoris miracula?* Lege, quæ ibidem ſequuntur.

15

Non potuit ergo poſt mortem Deus credi [a], quia & hominem, & magum fuiſſe conſtabat [b], & ideo alieni nominis titulo affectavit divinitatem, quia ſuo nec po-te-

a *Non potuit ergo poſt mortem Deus credi* &c. Etſi ut Segmento 8. diximus, Deus a quibuſdam dictus ſit Apollonius, ac *ipſum etiam pro numine frequentandum*, aſſeruerit Vopiſcus in Aureliano, eum tamen non Deum credidit: ſed hominem, inquiens: *Quid enim illo viro ſanctius? Venerabilius? antiquius? diviniuſque inter homines fuit?*

b *Et magum fuiſſe conſtabat*. Moeragenes quatuor de Apollonii vita libos ſcripſiſſe fertur, quorum tamen nullam ſe habuiſſe rationem, teſtatus eſt

terat, nec audebat [c]. Noſter vero & potuit Deus credi, quia magus non [d] fuit: & creditus eſt, quia vere fuit Deus.

eſt Philoſtratus, non quia, ut ipſe ajebat, multa is ignoraverit illius geſta; nam ſaltem, quæ ab eo ſcripta fuerant, erant recenſenda: ſed reapſe quia opera Apollonii magicis artibus, & præſtigiis adſcribebat, ut ſcite conjicit Cudvvorthus *Syſt. Intell. c.* IV. §. 14. p. 304. Aperte enim id innuunt verba ipſius Moeragenis ab Origine relata Lib. VI. contra Celſum pag. 498. ibi: *Quicumque vult cognoſcere utrum & philoſophi capi ab ea* (magia) *poſſint, an non, legat ſcripta Moeragenis, qui prodidit Apollonii Tyanænſis magi, & philoſophi res mirabiles: ubi non Chriſtianus, ſed philoſophus ait, captos ab Apollonii magia non ignobiles philoſophos, quum, tamquam ad præſtigiatorem, acceſſiſſent, & in his, opinor, etiam de famoſo illo Euphrante narrat, & quodam Epicureo* &c.

c *Et ideo alieni nominis titulo affectavit divinitatem, quia ſuo nec poterat, nec audebat*. Bon. *adfectavit id niſu temerario quia non poterat, nec audiebat.*

d *Quia vere fuit Deus*: Sic reſtituo ex noſtro Bon. Ms. codice, ubi Al. omnes legunt: *quia verus* omiſſa ultima voce: quæ omnino mihi neceſſaria videtur. Chriſtus enim Dominus, ut ait Apoſtolus ad Philip. II. ℣. 6. *Quum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo*.

16

Non, inquit, *hoc dico* [a], *iccirco Apollo-*

a NON, *inquit*, HOC DICO &c. Hieroclis verba ſunt,

lonium non haberi Deum, quia voluerit, ſed ut appareat, nos ſapienciores eſſe, qui mirabilibus factis non ſtatim fidem divinitatis adjunximus, quam vos, qui ob exigua portenta [b] *Deum credidiſtis.*

ſunt, ſive potius verborum ſenſus, quæ apud Euſebium Lib. 1. coutra eundem ſic ſe habent: *In quem ergo finem hæc commemoravi? Ut noſtrum illud accuratum, ſolidumque de omnibus judicium, & Chriſtianorum levitatem inter ſe contendere liceret: quum nos illum, qui tanta patravit, non pro Deo; ſed homine diis charo, gratoque habeamus; illi contra ob paucula quædam prodigia, Jeſum Deum prædicent.*

b *Qui ob exigua portenſa*: Bon. *quibus exitus pareant*: Nullo ſcilicet ſenſu.

17

Non eſt mirum, ſi tu, qui a Dei ſapientia [a] longe remotus es, nihil prorſus intelligis eorum, quæ legiſti, quum [b] Judæi, qui a principio prophetas lectitaverant, quibuſque Sacramentum Dei fuerat aſſignatum, tamen quid legerint, ignoraverunt [c].

Di-

a *Qui a Dei ſapientia*. I. E. a Religione vera.

b *Rerum, quæ legiſti*. Vide ad Cap. antecedens ſeg. 15. nota ultima.

c *Quid legerint, ignoraverunt*. Schottns, & alii qui-

quidam, *quid legerent*. Judæos ſincero animo Meſſiam optatum minime noſcere ſtuduerunt, etſi quotidie legerent in Scripturis ſanctis illum ad eos eſſe venturum; & icci rco acriter a Johanne 1. ℣. 26. objurgantur verbis illis: *Medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis*. Unde non mirum, ut ait Lactantius, ſi eumdem Deum, & hominem eſſe, non intellexit Hierocles, quum ſacras ſcripturas nullo legiſſet interprete. Vide cap. ſuperiorl ſeg. 16.

18

Diſce igitur, ſi quod tibi cordis eſt, non ſolum icci rco a nobis Deum creditum Chriſtum [a], quia mirabilia fecit, verum etiam quia videmus in eo facta eſſe omnia, quæ nobis annuntiata ſunt vaticinio Prophetarum.

a *Non ſolum icci rco a nobis Deum creditum Chriſtum, quia mirabilia fecit; verum etiam, quia videmus in eo facta eſſe omnia* &c. Sic bene ex Ms. noſtro reſtituta jam a Thomaſſio fuit hæc lectio, quæ in quibuſdam ſic depravata habetur: *non icci rco a nobis* &c. *Sed quia videmus* &c. quam qui retinent, non vident, iis repugnanre, quæ ſequuntur, & aliis alibi dictis e. g. L. IV. cap. XIII. ſeg. 15. & ſequenti, ut ſcite notavit Bunemannus.

19

Fecit mirabilia: magum putaſſemus [a], ut

a *Magum putaſſemus* &c. Al. *magnum*. Male; Nam

ut & vos nuncupatis, & Judæi tunc putaverunt [b], ſi non illa ipſa facturum, Chriſti Prophetæ omnes uno ſpiritu prædixiſſent [c].

Nam ſenſus eſt obvius: Nempe ſi Chriſtus Dominus ſola quædam opera miranda, ut Apollonius feciſſet, forte magus reputari poterat pro illorum temporum more, quando, Joſepho teſte, plures inveniebantur impoſtores, qui prodigia, & ſigna magna ignoranti populo oſtentabant. *Lib. XX. Antiq. Jud.* cap. VII. num. 6. & L. II. de *Bel. Jud.* cap. XIII. num. 4. ſeq.

b *Judæi tunc putaverunt*. Vide ſupra ſeg. 9.

c *Prædixiſſent*. Schottus: *prædicarent*.

20

Itaque Deum credimus, tam ex factis [a], operibuſque mirandis, quam ex illa ipſa cruce, quam vos ſicut canes lambitis [b], quoniam ſimul & illa prædicta eſt [c].

Non

a *Tam ex factis* &c. Sic etiam Schottus. Al. *non magis ex factis* &c. Al. *ex actis*.

b *Sicut canes lambitis.* Obſcuriſſimus locus iſte eſt ob non unam; ſed multiplicem metaphoram in hiſce, & antecedentibus verbis latentem, quibus non ſolum obſcœnum quemdam ethnicorum, verum pium quoque veterum Chriſtianorum ritum involutum tegi novimus. Nam apud noſtros in more poſitum erat, Crucis figuram multipliciter fieri: præcipue vero eam digitis quiſque propriis ita diſpoſitis figurabat, ut in longum naturali extenſione porrecto pollici, index per

per tranſverſum jungeretur, hoc propemodum modo, quem ex Boſio, *Croce Trionfante* L. v. cap.xx. heic repræſentari curavimus.



Hanc Crucis figuram manu ſiniſtra pœnitentes præferebant, eamque ſæpius deoſculabantur, pectus dextera tundentes, dum in atrio Eccleſiæ ante Sacerdotum pedes genuflexi exhomologeſis cauſſa proſternebantur. Vide Tertul. *de pœnt.* cap. IX. Et Lib. *de pudic.* cap. XIII. Euſeb. H. Eccl. L. v. cap. ultimo. Hos quum forte vidiſſent Gentiles, quod ſibi notum erat reputantes, id dicebant, quod Cæcilius Octavio apud Minucium Felicem pag. 9. oppoſuiſſe legitur, nempe Chriſtianos aliquot: *ipſius Antiſtitis, ac Sacerdotis colere genitalia, & quaſi parentis adorare naturam*. Cujus iniqui judicii fundamentum erat ritus ille, quo ipſi Venerem, & ſpecioſam quamcumque mulierem ſalutare conſueverant. Ex Apuleii verbis Metamorph. cap. IV. erui modus poteſt,

teſt, de quo ait: *Multi denique civium, & advenæ copioſi; quos eximii ſpectaculi rumor ſtudioſa celebritate congregabat, inacceſſæ formoſitatis admiratione ſtupidi: admoventes oribus ſuis dexteram, priore digito in erectum pollicem reſidente, ut ipſam prorſus Deam Venerem religioſis adorationibus, venerabantur*. Unde ſicut Octavius Cæcilio pag. 32. reſpondet: *Qui de adoratis Sacerdotis virilibus adverſus nos fabulatur, tentat in nos conferre, quæ ſua ſunt. Iſta enim impudicitiæ eorum forſitan ſacra ſint...... qui medios viros lambunt, libidinoſo ore inguinibus inhæreſcunt, homines malæ linguæ* &c. Sic Lactantius ait: *ex illa Cruce*, cujus figuram nos adoramus, vos vero, ut obſcœni canes turpi more lambitis: Chriſtum Deum colimus, quia longe antea prædictum fuit, Verbum divinum hominem factum, Crucem pro redemptione noſtra eſſe ſubiturum.

c *Quoniam & illa ſimul prædicta eſt*. Bon. & *prædata eſt*: forte legendum: *prædicta*, & *prædicata eſt*.

21

Non igitur ſuo [a] (cui enim de ſe dicenti poteſt credi?) ſed Prophetarum teſtimonio, qui omnia, quæ fecit, ac paſſus eſt, multo ante cecinerunt, fidem divinitatis accepit, quod neque Apollonio, neque Apu-
le-

a *Non igitur ſuo*: Al. ſtatim addunt: *teſtimonio*; ſed Schottus hanc vocem ex authoritate Mss. delevit, ue eandem mox inconcinne repeteret.

lejo, neque cuiquam magorum potuit, aut poteſt aliquando contingere [b].

b *Aut poteſt aliquando contingere*. Invictum, ac prorſus inexpugnabile eſt Chriſti divinatis, ac Catholicæ Romanæ religionis hocce argumentum, quod fruſtra impoſtores quicumque affectarunt. Uni ſumus, quibus videre in dies datum fuerit, quod longe antea ſancti Prophetæ venturum prædixerant.

22

Quum igitur talia ignorantiæ ſuæ deliramenta fudiſſet, quum veritatem penitus exſcidere connixus eſſet [a], auſus eſt libros ſuos nefarios, ac Dei hoſtes φιλαληθεῖς annotare [b].

E O cæ-

a *Penitus exſcindere connisus eſſet*. Bon. *excindere niſus*. Subintellige: *Hierocles*.

b Φιλαληθεῖς *annotare*. Al. inter utramque vocem verſionem latinam interponunt: *I. E. veritatis Amatores*. Titulus enim iſte libris ſuis præfixerat Hierocles, quem propterea *Philaletbem* appellat Euſebius, & Celſo Epicuræo, contra quem egi. Origenes, & ad quem Lucianus dialogum ſupra laut datum inſcripſit, merito comparat, utpote qui orationem adverſus Chriſtianos ſuam *veram* appellavit in inſcriptione. *Annotare* non pro *allegare*, ſeu *citare*, ut vult Walchius, ſed pro *inſcribere* exponit Barthius *Adverſ.* Lib. L. cap. x. pag. 2363. f., Proprie tamen heic valet *adjicere*; quaſi is non libros marte ſuo

lucubraverit ; ſed Philoſtrati Commentariis de Vita Apollonii notas appoſuerit , ut oſtenderet , Apollonium etiam majora , quam Chriſtum , patraſſe miracula , ut legenti Euſebii libros adverſus utrumque facile apparebit.

23

O cæcum pectus , o mentem cimmeriis (ut ajunt) tenebris atriorem [a] . Diſcipulus hic fortaſſe Anaxagoræ fuerit, cui nives atramentum [b] fuerunt . Atquin [c] eadem cecitas eſt

a *Cimmeriis , ut ajunt , tenebris atriorem* . In Bon. recentiori manu addita eſt vox *ſatriorem* . Al. *acriorem* Cicero Lib. II. *Quæſt. Acad. Cimmeriis quidem , quibus adſpectum ſolis , ſive Deus aliquis , ſive natura ademerat , ſive ejus loci , quem incolebant , ſitus : ignes tamen aderant , quorum illis uti lumine licebat . Iſti autem , quos tu probas , tantis effuſis tenebris , ne ſcintillam quidem ullam nobis ad aſpiciendum reliquerunt* . Quæ jure ab iis dici poſſunt ; quibus Celſi , Hieroclis , Porphyrii , Juliani , Spinozæ , Tolandi , Collinii , aliorumque id genus impiorum hominum deliria æternæ veritatis lucem teterrimo arrogantiæ fumo ademerunt .

b *Anaxagaræ fuerit , cui nives atramentum &c.* Vide ad Lib. III. Cap. xxiii. Seg. II. , quæ ibidem diximus . Al. *Anaxagoræ fuit &c.*

c *Atquin*. Al. *Atqui* . Sæpe variant Mſs. Codices in

eſt, & vero falſitatis, & mendacio veritatis nomen imponere; videlicet homo ſubdolus voluit lupum ſub ovis pelle [d] celare, ut fallaci titulo poſſet irretire lectorem.

in hac conjuctione, quæ utroque modo uſurpari ſolet.

d *Sub ovis pelle*. Reſpicit heic Lactantius ad Chriſti monitum Matth. vii. ℣. 15. quo fideles ſuos munire præſcintia futurorum voluit, ne eos Pſeudo-Chriſti, & falſi Prophetæ deciperent, quum, ut prædixerat Zach. xiii. ℣. 4. operti pallio Saccino mentirentur; imitando quidem veros Dei Prophetas, qui pellibus, ac pecudum velleribus induebantur, ſed inſtituto, operibus, moribuſque illis repugnantes, populo Dei mendacia erant locuturi; quales Theodas, Barjeſu, Barchochebas, Simon Magus, Thyanæus, ac impoſtores hujuſmodi fuerunt.

24

Verum eſto [a], inſcitia [b] hoc non malitia feceris. Quam tandem nobis attuliſti veritatem? niſi quod aſſertor Deorum, eos ipſos ad ultimum prodidiſti.

a *Verum eſto*. Al. *Verum eſt*. Male; permiſſio enim eſt, & idem valet, ac ſi diceret: At Hierocles non malitia, ſed ignorantia &c.

b *Inſcitia*. Al. *inſicia*. Al. *inſania*. Al. *inſcientia*.

25

Proſecutus enim ſummi Dei laudes [a], quem regem, quem maximum, quem opificem rerum, quem fontem bonorum, quem parentem omnium, quem factorem, altoremque [b] viventium confeſſus es [c]: ademiſti Jovi tuo regnum, eumque ſumma poteſtate depulſum, in miniſtrorum numerum redegiſti. Epilogus itaque te tuus arguat [d] ſtultitiæ, vanitatis, erroris.

a *Proſecutus enim ſummi Dei laudes &c.* Hierocles pro ſummo Deo, aut Fatum, aut Parcas habuit, & ideo Deos omnes fatali neceſſitati ſubjecit; Unde etiam Euſebius hoc eum preſſit argumento inquiens: *Magis te decuit cæteris diis omiſſis uni tantum neceſſitati, Parciſque ipſis rem divinam facere; ſupraque Jovem ipſum venerari. Jam vero hac ratione Dei penitus ipſi abs te tollentur, tamquam ſcilicet nulli ſint, qui prodeſſe nihil hominibus queant.*

b *Altoremque*. Al. *alioremque*. Al. *alitoremque*.

c *Ademiſti*, Bon. *adimiſti*. Al. *audiviſti*.

d *Arguat*. Al. *arguit*.

26

Affirmas enim & illos Deos eſſe [a], & illos

a *Affirmas enim & illos Deos eſſe, & illos &c.* Al. *Affarmas Deos eſſe, & illos &c.*

los tamen ſubjicis, & mancipas ei Deo, cujus religionem conaris evertere [b].

b *Ei Deo; cujus religionis conaris everſere*. Hæc repugnare videntur iis, quæ ex Euſebio paullo ſupra a nobis ſtatuta ſunt. Verum memiuiſſe opertet ad hanc antilogiam tollandam eorum, quæ a noſtro contra Philoſophorum placita dicta ſunt Lib. 1. Cap. v. Seg. 21. ubi ait: *Sive æther, ſive ratio, ſive mens, ſive fatalis neceſſitas, ſive divina lex, ſive quid aliud dixeris: Idem eſt, quod a nobis dicitur Deus: nec obſtat appellationum diverſitas, quum ipſa ſignificatione ad unum omnia revolvantur*. Nam qui unum aliquod ſummum inter omnes ſtatuit, vel omnino alios tollit, vel illi ſingulos afferat inferiores, oportet.

C A P. I V.

I

II ergo, de quibus dixi, quum præſente me, ac dolente [a], ſacrilegas ſuas literas explicaſſent: & illorum ſuperba impietate ſtimulatus, & veritatis ipſius conſcientia, & (ut ego arbitror) Deo, ſuſcepi [b] hoc munus,

 ut

a *Quum præſente me, ac dolente*. Bon. *quum præſentes, ac dolentes*. Librarii noſtri hinc audaciam, & iguorantiam noſce.

b *Et (ut ego arbitror) Deo, ſuſcepi*. Sic plerique omnes præter Bon. in quo pro *Deo* legitur *ideo*, quæ

ut omnibus ingenii mei viribus accuſatorem juſtitiæ refutarem, non ut contra hos ſcriberem, qui paucis verbis obteri poterant [c], ſed ut omnes, qui ubique idem operis [d] efficiunt, aut affecerunt, uno ſemel impetu profligarem [e].

Non

---

quæ perticula appoſite ad rem, de qua agitur,, adhiberi quum heic poſſet, indicare videtur aliam vocem a Librario omiſſam eſſe; e. g. *adjuvante*, *inſpirante*, *duce*, aut quid ſimile, ut bene annotant Cellarius, Bunemannus, & alii pluribus collatis Lactantii locis, etſi hanc variantem lectionem ingnoraſſent. Legi itaque poterit: & (*ut ego arbitror Deo autore*) *ideo ſuſcepi &c.* Al. copulam omittunt, & vocem illam *Deo* delent, ſed male: tunc enim, *Tò arbitror* redundaret.

c *Obteri poterant*, Bon. *ſubteri.* Al. *obtineri*. *Subtero* verbum Latinum eſt, & forte heic a Lactantio uſurpatum, ut oſtenderet, non magna vi, aut honorifica diſputatione hujuſmodi argumenta eſſe refutanda, quum ſuapte levitate ſenſim ſubterantur, ut inermes jumentorum ungulæ ſolent, ſi longam, altamque viam ire cogantur.

d *Idem operis*. Bon. *idem opruis*. Al. *id operis*. Eodem ſenſu, ſed poſterius mea quidem ſententia, elegantius. Quamquam Ovidius *Faſtor.* 1. ℣. 46. *idem operis* dicat. Noſter autem utrumque variis in locis adhibet. Vide heic Cap. II. Seg. 10.

e *Uno ſemel impetu puſligarem*. Al. *Uno ſimul impetu*. Particulæ iſtæ ſæpe invicem permutari ſolent in Mſs. Codd.

2

Non dubito enim, quin & alii plurimi & multis in locis, & non modo Græcis, ſed etiam Latinis literis, monumenta injuſtitiæ ſuæ inſtruxerint [a]. Quibus ſingulis quoniam reſpondere non poteram, ſic agendam mihi hanc cauſſam putavi, ut priores cum ſuis omnibus ſcriptis perverterem [b], & futuris omnem facultatem ſcribendi, aut reſpondendi amputarem: præbeant modo aures, efficiam profecto, ut quicumque iſta cognoverit, aut ſuſcipiat [c], quod ante damnavit, aut quod eſt proximum, deridere aliquando deſiſtat.

---

a *Monumenta injuſtitiæ ſuæ inſtruxerint.* Al. *Monumentum ſtruxerint.*

b *Ut priores cum ſuis omnibus ſcriptis perverterem &c.* Nempe Scholarum antiquarum principes, a quibus recentiores omnes acceperunt. Al. *cum omnibus ſuis.*

c *Aut ſuſcipiant* Bon. *ſuſpiciat.*

3

Quamquam Tertullianus eandem cauſſam plene [a] peroraverit in libro, cui Apolo-

---

a *Quamquam Tertullianum eandem cauſſam plene.* Bon. *quam Tertull. eandeus pene.* Al. *plane.*

geticum[b] nomen eſt: tamen quoniam aliud eſt accuſantibus reſpondere, quod in defenſione, aut negatione ſola poſitium eſt: aliud inſtituere, quod nos facimus,[c] in quo neceſſe eſt, doctrinæ totius ſubſtantiam contineri[d].

b *Cui Apologeticum*. Al. *Apologetico*.

c *Aliud inſtituere, quod nos facimus*. Diverſa ſatis hæc duo munera ſunt, quæ an Lactantius impleverit, Vide in Diſs. xviii.

d *Contineri*. Bon. *caret hac voce*.

4

Non defugi hunc laborem, ut implerem materiam, quam Cyprianus non eſt executus in[a] ea oratione, qua Demetrianum[b] (ſicut ipſe

a *Qua Cyprianus non eſt executus*. Baronius S. Cypriani partes contra Lactantium ſuſcepit; ſed vide S. Hieronym. in Epiſt. ad Magnum Oratorem, & Johannem Picum Mirandulanum, *de Providentia*, ſi Authorem noſtrum amas.

b *Qua Demetrianum*. Idem Baronius putat hunc fuiſſe Africæ Proconſulem, quod tamen negat Bunemannus. Nicolaus Vignerius in ſua Hiſt. Eccl. Baronio ſubſcripſit: at Pamelius Bunemanno præivit ex iis,

ipſe ait) oblatrantem [d], atque obſtrepentem veritati, redarguere conatur qua materia non eſt uſus [e], ut debuit. Non enim ſcripturæ teſtimoniis, quam ille utique unam, fictam, commentitiam putabat, ſed argumentis, & ratione fuerat refellendus.

iis, quæ in notis Anglicanæ Editionis legerat, in quibus veroſimilius eſſe aſſeritur, Demetrianum hunc fuiſſe judicem in Civitate Carthaginenſi, aut aliquem è Conſiliariis, qui Præſidi aſſideret. In Ms. Corbienſi Codice Cypriani Opus iſtud ſic inſcribitur - *Incipit Epiſtola Sancti Cypriani ad Demetrianum paganum Epiſcopum*.

d Oblatrante, Sic librum ſuum exorditur Cyprianus: *Oblatrantem te, & adverſus Deum, qui unus, & verus eſt, ſacrilege, & verbis impiis obſtrepentem*.

e *Non eſt uſus, ut debuit*. Vide S. Hieronym. in Epiſt. *ad Magnum*.

5

Nam quum ageret contra hominem veritatis ignarum [a], dilatis paullisper divinis lectionibus, formare hunc a principio, tanquam rudem debuit, eique paullatim lucis principia

a *Veritatis ignarum*. Cyprianus ipſe illius imperitiam, redarguit: & iccirco non video qua ratione id negaverit editor Oxonien.

pia demonſtrare[b], ne toto lumine objecto caligaret[c].

b *Demonſtrare*. Sic etiam Aldus. Al. *monſtrare*.
c *Caligaret* Bon. *caliginaret*.

6

Nam ſicut[a] infans ſolidi, ac fortis cibi capere vim non poteſt, ob ſtomachi teneritudinem[b], ſed liquore lactis, ac mollitudine, alitur, donec firmitatis viribus, veſci fortioribus poſſit[c]: ita & huic oportebat, quia nondum poterat [d]capere divina, prius humana teſtimonia offerri[e], id eſt, philiſophorum, & hiſtoricorum, ut ſuis potiſſimum refutaretur authoribus[f].

Quid

a *Nam ſicut Infans*. Apoſtoli ſimilitudo eſt 1. ad Chorinth. Cap. III. ℣. 2. & ad Hebr. cap. v. ℣. 13. & 1. Petri Cap. II. ℣. 2.

b *Stomachi teneritudinem*. Hanc vocem habet Apulejus, nec adeo frequentem eſſe notat Walchius. Sed eadem Varro, utitur, & Palladius.

c *Donec firmatis viribus veſci fortioribus poſſit*. Bon. *Decet firmatis ſuis viribus ut veſci*. Prave.

d *Quia nondum poterat*, Bon. *qui adhuc nondum*. Superflue.

e *Offerri* Bon. *offerres*.

f *Suis potiſſimum refutaretur authoribus*. Sic legendum puto, non ut Heum. *authoritatibus*; Nam Philoſophi, & hiſtorici erant authores, quibus uſus fuerat Hierocles.

7

Quod quia ille non fecit, raptus eximia eruditione divinarum literarum, ut iis ſolis contentus eſſet, quibus fides conſtat: acceſſi, Deo inſpirante [a], ut ego facerem, & ſimul, ut viam cæteris ad imitandum pararem.

---

a *Deo iſpirante.* Confirmatur ex hoc Cellarii conjectura, quam ſub initio capitis recenſuimus, Nota (b). Seg. 1.

8

Ac ſi ortatu [a] noſtro docti homines, ac diſerti [b] huc ſe conferre cœperint, & ingenia ſua, vimque dicendi in hoc veritatis campo jactare maluerint: evanituras brevi religiones falſas, & occaſuram eſſe omnem philoſophiam, nemo dubitaverit: ſi fuerit omnibus perſuaſum, cum hanc ſolam religionem, tum etiam ſolam veram eſſe ſapientiam [c]. Sed evagatus ſum longius, quam volebam.

CAP.

---

a *Ac ſi hortatu.* Al. *At ſi*: Nobiſcum legunt Schottus, & Aldus.

b *Diſerti.* Al. *diſcreti.*

c *Solam veram eſſe ſapientiam.* Sic etiam Aldus. Al. *& ſolam, & veram.*

CAP. V.

§ 1 §

NUnc reddenda[a] eſt de juſtitia propoſita diſputatio, quæ aut ipſa eſt ſumma virtus,[b] aut fons eſt ipſa virtutis; quam non modo philoſophi quæſierunt, ſed poetæ quoque, qui & priores multo fuerunt, & ante natum philoſophiæ nomen pro ſapientibus habebantur.

a *Nunc reddenda*, Heumanno corrupta videtur hæc lectio, & ſic ſananda: *Nunc repetenda* &c. Bunem. eam ſanam judicat, & exponit.

b *Quæ aut ipſa eſt ſumma virtus*. Al. *aut ſola eſt virtus* Cicero III. *de Offic.* de eadem juſtitia ait: *Hæc enim una virtus, omnium eſt domina, & regina virtutum*. Intellige de univerſali juſtitia, qua homines Deo cari, juſti dicuntur, & omnium virtutum corona decorati. Vide infra cap. XIV. ſeg. 7.

§ 2 §

Hi plane intellexerunt, abeſſe hanc a rebus humanis, eamque finxerunt offenſam vitiis hominum, ceſſiſſe terra[a], in cœlum-

a *Ceſſiſſe terra*. Bon. *terram*. Al. *è terra*. Al. *à terra*. Hyginus in *Poetic. Aſtron.* c. XXV. Sic de ſigno

lumque migraſſe; atque ut doceant [b], quid ſit juſte vivere) ſolent enim præcepta per ambages dare) a Saturni temporibus, qua qua illi vocant aurea, repetunt exempla juſtitiæ, narrantque in quo ſtatu fuerit hůmana una [c], dum illa in terra moraretur.

Quod

gno Virginis tradit. *Hanc Heſiodus Jovis & Themidis filiam dicit; Aratus autem Aſtræi, & Auroræ filiam exiſtimari, quod eodem tempore fuerit quum aurea ſæcula hominum, & eorum principem fuiſſe, demonſtrat: quam propter diligentiam, & æquitatem, Juſtitiam appellatam: &c. Denique eam perveniſſe uſque eo, dum diceretur: Heu heu* (Al. *ænam*) *genus hominum natum! Itaque jam non potuiſſe pati amplius & ad ſidera evolaſſe.* Nota tamen, eodem fatente Hygino, hanc ab aliis *Fortunam* ab aliis *Cererem*, a nonnullis *Erigonen*, ſeu *Parthenon* appellatam fuiſſe. Aratus *in Phænom*: ait:

Deſeruit propere terras juſtiſſima virgo
Et Cæli ſortita locum, qua proximus illi
Tardus in occaſum, ſequitur ſua caſtra Bootes.

Unde egregie de more Sanazarrus noſter; Arcad.Egl.x.

La Donna, e la bilancia è andata al Celo.

Et Virgil. Ecl. IV. ℣. 6. ex Sybillinis carminibus, aureum ſæculum ſub Auguſto redux deſignans, canit.

Jam redit, & Virgo &c ubi bene Servius notat, virginem dictam eſſe, ex eo, quod Juſtitia debet eſſe incorrupta. Lactantius L. IV. c. IV. ſeg. 21. ad regnum millenarium hocce tempus ſpectare indicat;

b *Ut doceant.* Aldus *ut edoceant.*

c *In quo ſtatu fuerit humana vita.* Hunc eleganti ſſime Ovidius deſcripſit *Metam. Lib. I. Fab. III.*

3

Quod quidem non pro poetica fictione, ſed pro vero habendnm eſt. Saturno enim regnante, nondum Deorum cultibus inſtitutis [a], nec adhuc illa gente [b] ad divinitatis opinionem conſecrata [c], Deus utique colebatur.

a *Nondum Deorum cultibus inſtitutis* &c. Vide diſſ. XXVII. cap. XVII. 3.

b *Nec adhuc illa gente*. Al. *adhuc ulla gente*. Aldus nobiſcum legit; ſed forte cum aliis legendum.

c *Conſecrata &c.* Bon. *conſita adeo utique colebantur*.

4

E ideo non erant neque diſſenſiones, neque inimicitiæ, neque bella:

Nondum veſanos rabies nudaverat enſeis.

Ut Germanicus Cæſar in Aratæo loquitur carmine:

Nec conſanguineis fuerat diſcordia nota [a].

Imo ne alienigenis quidem, ſed neque ulli omnium gladii, qui nudarentur, fuerunt. Quis

a DISCORDIA NOTA. In carminibus Arateis DISCORDIA NATA, ut etiam legit Iſæus. Vide Aratum in ſigno Virginis.

§ 5 §

Quis enim præſente, ac vigente juſtitia, aut de tutela ſui, quum nemo inſidiaretur, aut de pernicie alterius cogitaret, quum nemo quicquam concupiſceret?

Manebant tenui [a] *contenti vivere cultu.*

Ut Cicero in ſuo ait [b] Arato, quod eſt proprium noſtræ religionis.

Ne ſignare [c] *quidem, aut partiri limite campum*
Fas erat, in medium quærebant.

---

a Manebant tenui &c. Sic reſtitui ex noſtro cod., ubi Al. legunt *malebant*, quod non bene dictum eſſet, quum ſequatur *Tò contenti*. Verſus iſte non adeſt in fragmentis Aratei Ciceroniani, quamvis ex hoc Lactantii loco in editione, qua utor, ibidem ſit reſtitutus.

b *Ut Cicero in ſuo ait*. Bon. *ut Maro &c.* Al. *in ſuo Arato:*

c Nec signare &c. Virg. Lib. 1. *Georg.* ℣. 126.

§ 6 §

Quippe quum Deus communem omnibus terram dediſſet, ut communem degerent vitam, non ut rabida [a], & furens avari-

---

a *Rabida....vindicarent*. Al. *rapida....vindicaret*.

ritia ſibi omnia vendicarent, nec ulli deeſſet[b], quod omnibus naſceretur.

b *Nec ulli deeſſet, quod* &c. Bon. & Aldus *nec ubi datum eſſet*.

7

Quod poetæ dictum ſic accipi oportet, non ut exiſtimemus nihil omnino tum fuiſſe privati [a], ſed more poetico figuratum: ut intelligamus, tam liberales fuiſſe homines, ut natas ſibi fruges non includerent, nec ſoli abſconditis incubarent [b]; ſed pauperes ad communionem proprii laboris admitterent.

a *Tum fuiſſe privati*. Al. *privatum* Bon. *privatim*. Hæc contra Hobbeſium notanda ad ç. 1. *de Cive* ſ. x.

b *Soli abſconditis incubarent*. Virg. 1. Georg. ℣. 507.

Condit opes alius, defoſſoque incubat auro.

8

Flumina jam lactis [a], *jam flumina nectaris ibant*.

Nec mirum, quum [b] propria juſtorum benigne paterent omnibus, nec avari-

a *Flumina jam Lactis* &c. Ovidius ubi ſupra.

b *Quum propria*: Sic reſtituo ex noſtro Bon. cod. Ubi Al. *quum promptuaria*.

ritia intercipiens [c] beneficia divina, famem, ſitimque vulgo faceret, ſed omnes æqualiter abundarent, quum habentes non habentibus large, copioſeque donarent.

c *Avaritia intercipiens*: Bon. *interficiens*. Forte non male. Nam Virgilius *interficere meſſem*, dixiſſe memini.

9

Sed poſtquam Saturnus [a] a filio pulſus, in Latiumque delatus eſt:

Arma Jovis fugiens [b], *& regnis exul ademptis*:

Quum jam populus vel novi regis metu, vel ſua ſponte depravatus, Deum colere deſiiſſet, regemque pro Deo [c] habere cœpiſſet, quum ipſe [d] propemodum parricida, exemplo cæteris eſſet ad violandam pietatem;

F De-

a *Poſtquam Saturnus* &c. Vide, quæ de eo dicta ſunt a nobis lib. I. cap. XIII. ſeg. 5. & ſeq.

b ARMA JOVIS &c. Virgil. Æn. VIII. ℣. 129.

c *Regemque pro Deo* &c. Vide diſſ. XXVII. ubi ſupra:

d *Quum ipſe*: Scilicet Jupiter. Deſunt iſta in Bon. Ms. cod., ubi poſt illa verba: *habere cæpiſſet*: ſtatim ſequitur: *ad violandam pietatem*.

Deſeruit propere [e] *terras juſtiſſima virgo.*
Sed non, ut ait *Cicero* [f],
Et Jovis in regno, cœlique in parte reſedit [g].

e DESERUIT PROPERE &c. Bon., & Aldus: *Deſerit propria terra* &c. Male, ut ex Arato Germ. *in Virgine*.
f *Sed non ut Cicero*: Aldus iterum: *ut Maro*.
g IN PARTE RESEDIT. H. Grotius: *in parte recepta eſt*.

10

Quomodo enim poterat in ejus regno reſidere, aut commorari, qui patrem regno expulit, bello perſecutus eſt [a], exulem toto orbe jactavit?
Ille malum virus [b] *ſerpentibus addidit atris,*
Prædarique lupos juſſit
Id eſt odium, & invidiam, & dolum hominibus inſevit [c], ut tam [d] eſſent, quam ſerpentes

a *Bello perſecutus eſt*: Bon. *belloque* &c.
b ILLUM MALUM VIRUS &c. Virg. 1. Georg. ℣. 129.
d *Id eſt, odium, & invidiam, & dolum hominibus inſevit*. Sic Aldus, & Schottus, & alii plerique

tes venenati : tam rapaces , quam lupi .

que. At nonnulli *inſeruit*: Bon. *inſaevit* . *Ab Inſero* tam *inſevit* , quam *inſeruit* optime deducitur ; ſed in ſup. primum habet : *inſitum* ; ſecundnm habet : *inſertum* utrumque ab *in* , & *ſero* pro *ſemino* , *planto* , ſeu ſurculos ex una arbore reſectos in aliam implanto per inſitionem. Sæpe in hoc ſenſu Cicero hoc verbo utitur.

d *Ut tam* . Schottus. *qui* &c.

11

Quod quidem vere faciunt ii , qui juſtos , ac fideles Deo perſequuntur , dantque judicibus ſæviendi adverſus innoxios poteſtatem .

12

Fortaſſe aliquid ejuſmodi Jupiter fecerat [a] ad expugnandam , tollendamque juſtitiam , & iccirco efferaſſe [b] ſerpentes , ac lupos acuiſſe tradatur [c] .

Tum belli rabies, [d] *& amor ſucceſſit habendi .*

F 2 Ne-

a *Jupiter fecerat* . Al. *fecit* , Al. *fecerit* . Aldus legit nobiſcum .

b *Efferaſſe* . Bon. *& feraſſe* .

c *Tradatur* . Al. *Traditur* .

d *Tum Belli rabies* &c. Virg. Æn. VIII. ℣. 327.

13

Neque immerito : ſublata enim Dei religione, boni [a] quoque, ac mali ſcientiam perdiderunt [b] . Sic hominibus intercidit communitas vitæ, & diremtum eſt fœdus [c] ſocietatis humanæ :

a *Dei religione , boni quoque* &c. Bon. *Religione , Dei boni* &c.

b *Boni , ac mali ſcientiam perdiderunt* , Numquam humana ratio , (etſi natura integra ,) tantæ fuit perfectionis , & perſpicaciæ , ut bona , & mala omnia ſuis viribus poſſet ſine divina revelatione , a qua religio vera originem trahit , plene , perfecteque dignoſcere . At depravata per peccatum natura, etiam cognitio illa , qua donata fuerat , ignorantiæ tenebris ita obducta remanſit , ut neque peccatum ipſum , niſi data lex eſſet , in ſe cognoviſſet ; fatente Apoſtolo : *Per legem enim cognitio peccati . Ad Rom. Cap. III.* ℣. 20. Conſequens ergo erat , ut homines , qui legem hanc parvipendebant , veramque religionem non profitebantur , perfecti boni , ac mali moralis vera ratione privarentur . Unde errorum illa colluvies erupit , qua genus humanum in tam diſcrepantia partium ſtudia abſtraxerunt .

c *Diremptum eſt fœdus* &c. Al. *direptum* .

14

Tum inter ſe manus conſerere cœperunt ,

runt [a], & inſidiari, & gloriam ſibi ex humano ſanguine comparare.

a *Manus conſerere cœperunt*. Al. *manus inſerere* Al. *inferre*. Ego vero nihil immutandum judico; nam ipſe Lactantius, etſi Lib. 1. cap. 1. Seg. 12. in alio ſenſu hanc phraſim uſurpavit; tamen Lib. III. cap. VI. ſeg. 6. eam adhibet ſecundum morem Latinorum pro eo quod eſt: *congredi*, aut *certamen cum hoſte inire*.

C A P. V I.

1

QUorum omnium malorum fons, cupiditas erat [a]: quæ ſcilicet ex contemptu veræ majeſtatis erupit [b]. Non tantum enim non participabant alios ii [c], quibus

a *Cupiditas erat*. Apoſtolus ad Timoth. ſcribens Epiſt. 1. cap. VI. ℣. 10. *Radix enim*, ait, *omnium malorum eſt cupiditas*. Hæc autem triplex eſt, & ab eo, ad quod tendit, nomen ſortitur; itaut ſi dignitates, & honores ſibi indebitos quærat, ambitio dicitur: Si divitias ultra modum concupiſcat, avaritia nuncupatur: ſi oblectamenta, & ſuavitates unice exquirat, libidinem appellamus. Salluſtius *Catel.* Cap. x. *Primo*, inquit, *pecuniæ*, *deinde imperii cu-*

bus aliquid affluebat [d], ſed aliena quoque rapiebant, in privatum lucrum trahentes omnia: & quæ antea in uſus hominum etiam ſinguli laborabant, in paucorum domos conferebantur.

Ut

---

cupido crevit: ea quaſi materies omnium malorum fuere. Sed hæc intellige de Romana Republica jam deflorente; nam *primo*, ut idem ait ibidem cap. XI. magis *ambitio, quam avaritia, animos hominum exercebat*; etſi apud Gentiles, ſub ſpecie virtutis, gloriæ cupiditas aleretur, donec factum eſt, ut cecinit Ovidius 1. Faſt. ỹ. 217.

> *In pretio pretium nunc eſt; dat cenſus honores:*
> *Cenſus amicitias: pauper ubique jacet.*

& Claudianus II. *Stilicon.* ỹ. 111.

> *Ac primam ſcelerum matrem, quæ ſemper habendo*
> *Plus ſitiens patulis rimatur faucibus aurum,*
> *Trudis avaritiam: cujus fidiſſima nutrix*
> *Ambitio* &c.

His tamen violentior plerumque eſt voluptatis amor, quem propterea Cupidinem appellarunt poetæ, eumque Veneris filium eſſe dixerunt. Vide dicta ad L. I. cap. XVII. ſeg. 9. ſeq., & cap. XX. ſeg. 14. Sed præcipue eodem Lib. 1. cap. XI. ſeg. 1. ubi noſter antiqui poetæ ſententiam refert, qui *non modo potentiſſimum Deorum Cupidinem, ſed etiam victorem facit*. Sed ad Lib. VI. cap. XIX. de iis omnibus ſermo redibit.

b *Ex contemptu veræ majeſtatis erupit*. Bon. *contemptum*. Ambitione tentatos primum eſſe protoparen-

rentes noſtros in terreſtri paradiſo, & ſic imminutum in eorum cordibus Dei amorem, timoremque, non ſine fundamento arbitramur. Loquens enim Auguſtinus de Eva ait: *de Gen ad lit.* L.II cap. 30. *Non crederet verbis ſerpentis, bona, atque utili re ſe eſſe prohibitos, niſi ineſſet ejus menti amor propriæ poteſtatis, & quædam de ſe ſuperba præſumpſio.* Adde *de Lib. Arbit.* Lib. III. Cap. xxiv. *De Civ. Dei* Lib. xiv. C. xi. & xxiii. *Retract.* Lib. cap. 1. &c.

c *Non participabant alios ii*: Sic rotunde in noſtro Bon. Cod. Ms., quemadmodum ex conjectura Cellarius, Heum. & in Miſcell. Lipſ. tom. III. Bunem. ex membranis Gothanis. Ubi Schottus, & Betulejus legunt: *Impertiebantur aliis ii*. Al. *participabant aliis*. Quam lectionem etſi minus elegantem, uſitatam tamen noſtræ in ſua editione prætulit Iſæus, & Bunemannus.

d *Affluebat*. Al. *effluebat*.

e *Et quæ antea in uſus hominum*. Iſæus annotat. *forte omnium*; ſed quum Ms. Codicem ſic legentem non invenerim ullum, nihil cenſeo immutandum. Nec opus eſt; nam pro ſingulis hominibus rite *hominum* voce adhibetur.

2

Ut enim ſervitio cæteros ſubjugarent, in primis neceſſaria vitæ ſubducere, & colligere cœperunt, eaque firmiter concluſa ſervare, ut beneficia cæleſtia facerent ſua, non propter humanitatem, quæ nulla in iis erat [a]. F 4 Sed

a *Quæ nulla in iis erat*. Al. *in ipſis*.

3

Sed ut omnia cupiditatis, & avaritiæ inſtrumenta corraderent [a]; Leges etiam ſub juſtitiæ nomine iniquiſſimas [b], injuſtiſſimaſque ſan-

---

a *Inſtrumenta corraderent*. Bon. *iſtrumenta*. Al. *corroderent*. Al. *conderent*. Al. *contraherent*. Hanc ultimam lectionem aliis omnibus præferrem, nam ſenſui eſt congruentior. Ii enim, qui ſibi homines devincire ſtudent; ad ſe trahunt, quæ illis neceſſaria eſſe norunt, ut eos cogant eadem ab ipſis recipere, quorum largitione illos ſibi reddunt obſtrictos. Attamen nihil muto: nam nova periodus a verbis illis incipit. *Sed ut &c.*

b *Leges etiam ſub juſtitiæ nomine iniquiſſimas &c.* Al. *leges etiam ſibi* Al. *juſtitiæ nomine munitas*. Heum. marte ſuo: *juſtitiæ nomine multas*. Primas leges ab hominibus latas iniquas fuiſſe inde erui facile poſſe videtur, quod *primi mortalium*, ut inquit Seneca Epiſt. xc. *& ex iis geniti naturam incorrupte ſequebantur, eamque habebant & ducem, & legem*. Confirmante id Apoſtolo ad Rom. II. 14. *Ejuſmodi leges non habentes ipſi ſibi ſunt lex*. Qui ergo ab avita inſtitutione deſciverant, terras incolentes, atque mutuo occupantes, quum inter ſe diffidia, ſimultates, odia, & arma intercedere vidiſſent, legibus naturam coercendam, ſunt arbitrati; Ne ut Horatius ait II. Serm. ſat. VII. ꝟ. 74.

Ne vaga proſiliat frænis natura remotis.

Quoniam vero legum hujuſmodi latores homines erant

ſanxerunt, quibus rapinas, & avaritiam ſuam contra vim multitudinis tuerentur. Tantum igitur autoritatn, quam tum viribus, ant opibus, aut malitia [c] Prævalebant.

erant præpotentes, qui potius ad propriam, quam ad communem felicitatem reſpexerunt, ea ducti opinione:

Non natura poteſt juſto ſecernere inquum.
Sola eſt utilitas juſti prope mater, & æqui.

Hinc leges hujuſmodi, utpote a recta ratione diſſonæ, ſæpe abrogatæ, diſciſſæ, emendatæ fuerunt, donec ab uno in alium locum prolapſæ, & ad meliorem, quo poterant, modum deductæ, tacito quodam, ac diuturno populorom conſenſu, in id, quod *jus Gentium* dicitur, ſenſim tranſierunt.

c *Aut opibus, aut malitia*: Duo priora verba in noſtro Cod. non ſunt, Al. pro ultimo legunt *avaritia*, quidam *militia*.

4

Et quoniam nullum in his veſtigium juſtitiæ fuit, cujus officia ſunt humanitas, æquitas, miſericordia: jam ſuperbia, & tumida inæqualitate gaudebant, altioreſque ſe cæteris [a] hominibus, ſatellitum comitatu, & ferro, & inſigni veſte faciebant.

Hinc

a *Altioreſque ſe ... faciebant*. Sic ex noſtro Codice, & aliis reſtituo, ubi quidam legunt: *altioreſque ... fulgebant*.

5

Hinc honores ſibi & purpuras, & faſces [a] invenerunt, ut ſecurium, gladiorumque terrore ſubnixi, quaſi jure dominorum perculſis, ac pauperibus [b] imperarent.

a *Et purpuras, & faſces &c.* Non hæc ad Jovis tempora pertinent, quæ longe ſunt poſteriora. Non autem hinc jure Walchius Lactantium reprehendit, quaſi turbatim de temporibus, ac de gentium moribus loquatur. Nam in primis particula illa: *Hinc* jam deſcenſum indicat ad ætatem ſibi proximiorem: imitaturque Noſter Virgilianum illud II. Georg. 495.
Illum non populi faſces, non purpura Regum
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres:
Scilicet per populi faſces indicans regimen Rerumpublicarum; per purpuram autem Monarchicum.
b *Ac pauperibus*: Al. *ac parentibus*.

6

In hac conditione humanam vitam rex ille conſtituit [a], qui debellato, ac fugato parente [b], non regnum, ſed imperium, tyran-

a *Rex ille conſtituit*. Scilicet Jupiter, quem aliqui Belum, alii Ninum fuiſſe putant, quorum alter primus arma moviſſe dicitur, & jure belli ſibi populos ſubjeciſſe.

b *Ac fugato parente*. Vide Lib. I. Cap. XIV. Seg. 11.

rannidemque hominibus armatis [c] occupavit, & aureum illud, juſtumque ſæculum ſuſtulit, coegitque homines malos, & impios fieri, vel ex hoc ipſo [d], quod eos avertit a Deo ad ſe adorandum: quod terror [e] inſolentiſſimæ poteſtatis expreſſerat.

---

c *Non regnum ; ſed imperium, tyranidemque hominibus armatis &c.* Al. *Sed impiam tyrannidem vi, & hominibus armatis &c.* Quod rectius putat Bunem; ſed Lactantius heic tria diſtinguit, nempe Regnum, Imperium. & Tyrannidem, augendo Jovis iniuſtitiam: Nam *Regnum* a Regendo; *Imperium*, ab imperando deducitur, utrumque dominatum importat: ſed ex vi verborum, *Regere* eſt potius rem populi agere, quam ſuam, jubendo ſcilicet, & moderando. At Imperare plus eſt quam jubere, & regere: Unde Terent. in Eun. A. II. Sc. III. W. 97. ait.

Iubeo, cogo, atque impero.

Vbi Donatus eſpreſſe exceſſum prænotatum advertit. Tyrannis autem, eſt ferus, ac violentus imperandi modus, quo non jure aliquo, non æquis legibus, ſed vi, & animi perverſitate quicquid lubet, cito fieri demandatur. Philo Judæus *Tyrannus quippe* inquit, *homo quidem eſt; ſed ſuapte natura civitatibus inimicus.*

d *Vel ex hoc ipſo, quod eos.* Al. *Et ex hoc quod*: Heum. *Vel hoc ipſo* Al. *quod ipſos*. Hanc Jovis impietatem innuit Lact. L. I Cap. XXII. Seg. 21. & ſeq.

e *Quod terror*. Al. *error*.

7

Quis enim non metueret eum, quem arma

arma cingebant, quem ferri, & gladiorum [a] fulgor inſuetus circundabat? aut cui parceret alieno, qui ne patri quidem ſuo perpercetat? Quem vero metueret, qui Titanum robuſtam [b], & execellentem viribus [c] gentem bello vicerat, occidione deleverat [d]?

a *Et quem gladiorum fulgor.* Al. Tò *quem* omittunt.
b *Qui Titanum robuſtam* &c. de Titanis diximus ad L. I. C. 10. Seg. 10. & cap. XIV. a ſeg. 2.
c *Viribus* Bon. *Virtutibus Occiſione*. Al.
d *Occidione deleverat* Al. *Occiſione* Prima, & Secunda lectio Ciceroni uſitata.

8

Quid mirum, ſi omnis multitudo, inſolito metu preſſa, in unius adulationem conceſſerat? hunc venerabantur [a], huic honorem maximum deferebant.

a *Venerabantur*. Al. *Verebantur*.

9

Et quoniam mores, ac vitia regis imitari, genus obſequii judicatur, abjecerunt omnes pietatem, ne exprobrare regi ſcelus [a] viderentur, ſi piè viverent.

Sic

a *Regi Scelus* Bon. *Regis*.

10

Sic aſſidua imitatione corrupti divinum fas reliquerunt, [a] & paullatim male vivendi conſuetudo, mos factus eſt. Nec jam quicquam ex antecedentis ſæculi pio, atque optimo ſtatu manſit, ſed exploſa [b] juſtitia, & veritatem ſecum trahens, reliquit homini [c] errorem, ignorantiam, cœcitatem.

a *Reliquerunt* Bon. *Relinquerunt*.
b *Exploſa* Al. *expulſa*.
c *Reliquit homini* Al. *hominibus*.

11

Imprudenter [a] igitur poetæ, qui eam ad cælum confugiſſe cecinerunt, id eſt, ad Jovis regnum. Si enim ſæculo, quod vocant [b] aureum, juſtitia in terra fuit, a Jove utique pulſa eſt, qui aureum ſæculum commutavit.

a *Imprudenter* Al. *Imprudentes*.
b *Si enim ſæculo ... vocant*. Bon. *Seculum .. vocat*.

12

Sæculi autem commutatio, & [a] expulſio juſtitiæ, nihil aliud, ut dixi, quam deſertio

a *Expulſio Juſtitiæ*. Bon. *Expulſio Jovis Juſtitiæ*.

tio divinæ religionis putanda eſt, quæ ſola efficit,[b] ut homo hominem charum habeat, eumque ſibi fraternitatis[c] vinculo ſciat eſſe conſtrictum: ſiquidem pater idem omnibus Deus eſt, ut Dei, patriſque communis beneficia cum iis, qui non habent, partiatur, nulli noceat, nullum premat, non fores claudat hoſpiti, non aurem[d] precanti; ſed ſit *largus*, *beneficus*, *liberalis*, quas regias eſſe laudes Tullius exiſtimavit[e].

Hæc

b *Quæ ſola efficit* &c. Longe non ſolum ab hac ſententia; ſed etiam a veritate aberrant, qui putant diu conſervari poſſe Atheorum rempublicam, quæ nec omnino bene fundari umquam poterit ab hominibus, omni religigione expertes, utpote qui nullo utique alio vinculo in ſocietate copulandi dicuntur, niſi utilitate communi. Quæ tamen vix inita, a privata cupiditate diſſolvetur.

c *Fraternitatis*. Al. *charitatis*.

d *Non aurem*. Bon. *non avarus*. Walchius: *non autem* Al. *auram*.

e *Tullius exiſtimavit*: Betulejus, Gallæus, cellarius, Walchius, ignorare ſe fatentur quo loci hæc a Cicerone dicantur, ac proinde inter deperdita reponunt; At eis locum indicare potuit Iſæus. qui in margine ſuæ editionis notaverat: Cic. *pro Dejotaro paullo poſt med.* ubi *Tò pro* eſt *per*. Verba autem dat Bunem. ex cap. IX. illius Orationis: *Frugi hominem dici, non multum habet laudis in Rege: Fortem, Juſtum, Largum, Beneficium, Liberalem, hæ ſunt regiæ virtutes*.

29

Hæc eſt profecto juſtitia, & hoc aureum ſæculum, quod Jove primum regnante corruptum, mox & ipſo, & omni ejus progenie conſecrata, Deorumque multorum ſuſcepto cultu [a], fuerat omne ſublatum.

---

a *Multorumque ſuſcepto cultu*: Hæc in noſtro Bon. Cod. ſunt omiſſa.

CAP. VII.

1

SEd Deus, ut parens indulgentiſſimus [a], appropinquante ultimo tempore [b], nuntium miſit [c], qui vetus illud ſæculum, fugatamque juſtitiam reduceret, ne humanum genus maximis, & perpetuis agitaretur erroribus.

---

a *Indulgentiſſimus*. Al. *diligentiſſimus*.
b *Ultimo tempore*. Scilicet ſexta mundi ætate, quæ à Chriſto nato decurrit.
c *Nuncium miſit*. Al. *ſuum* addunt, Quod pronomen non ex antiquiſſimo Bon. ſed ex Longobardico Cod. Suptum eſt, ut heic notat Aldus noſter.

2

Rediit ergo ſpecies illius aurei temporis, & reddita quidem terræ, ſed paucis aſſi-

aſſignata juſtitia eſt, quæ nihil aliud eſt, quam Dei unici pia, & religioſa [a] cultura.

a *Pia, & religioſa* Al. *ſola pia* &c. Bon. utramque vocem omiſit.

3

Sed moveat aliquem fortaſſe, cur ſi hæc ſit juſtitia, non omni humano generi ſit data, nec in ea multitudo univerſa conſenſerit. Magnæ hoc diſputationis eſt, cur a Deo, quum juſtitiam terræ daret, ſit retenta [a] diverſitas: quod & alio loco [b] declaravi: & ubicunque oportune inciderit, explicabitur [c].

a *Retenta*: Schottus: *reperta*.
b *Quod & alio loco declaravi*. Scilicet Lib. II. Cap. IX. Al. VIII. Cap. XVIII. Al. XVII. ſeg. 1.
c *Inciderit, explicabitur*. Vide infra L. VI. c. XV. & XXII., & de Ira Dei c. XV.

4

Nunc deſignare id breviſſime ſatius eſt. Virtutem aut cerni non poſſe, niſi habeat vitia contraria: aut non eſſe perfectam, niſi exerceatur adverſis [a]. Hanc

a *Niſi exerceatur adverſis* Bon. *adverſus*. Forte non male. Gallæus heic Beatorum virtutem opponit, quæ ſine adverſis perfecta eſt; Sed Lactantius loquitur de viatoribus, ut cæci etiam vident. Videſis ea, quæ diximus ad L. II., & infra ad L. VI. LL. cc.

5

Hanc [a] enim Deus bonorum, ac malorum voluit eſſe diſtantiam, ut qualitatem *Boni ex malo ſciamus*, *item mali ex bono*. nec alterius ratio intelligi, ſublato altero poteſt. Deus ergo non excluſit malum, ut ratio virtutis [b] conſtare poſſet.

a *Deus ergo non excluſit malum*. Sic Aldus. Al. *Deus ergo reducturus juſtitiam*. Thomaſius, & Walchius obſcure heic Lactantium locutum eſſe, dicunt; At quis ſi locum tam cum iis, quæ antecedunt, quam cum iis, quæ ſequuntur, perpendat, non ſtatim intelligat, *malum* heic uſurpatum eſſe pro eo, quod nobis grave eſt, *aſperum*, *moleſtum*? Vide Ambroſ. Serm. XVI. in Pſal. CXXVIII. & Auguſt. L. V. contra Julian. c. 3. Al. addunt, *juſtitiam reducturus*. Adde diſſ. XXIX. cap. VII. §. XII.

b *Hanc*. Bon. *Hæc* Bon. hæc non habet.

6

Quomodo enim patientia vim ſuam, nomenque retineret [a], ſi nihil eſſet, quod pati cogeremur? Quomodo laudem mereretur devota Deo ſuo fides, niſi eſſet aliquis, qui a Deo vellet avertere? Nam [b] ideo poten-

a *Retineret*. Bon. *retinet*.

b *Nam ideo*. Al. *Nam & ideo*. Schottus legit nobiſcum.

tentiores eſſe injuſtos permiſit, ut cogere ad malum poſſent: ideo plures, ut virtus eſſet pretioſa, quæ rara [c] eſt. Quod quidem ipſum Quintilianus egregiè, ac breviter oſtendit in *Capite Obvoluto* [d].

---

c *Quæ rara*. Al. *quod rara*.

d In Capite obvoeuto. Titulus eſt cujuſdam declamationis, quæ intercidit. Vide Fabricium *Bibl. Latina*, ubi de Quintiliano. Bon. *in capite obtuto*.

7

Nam quæ, inquit [a], *virtus eſſet innocentia niſi laudem raritas dediſſet? Verum quia natura ſic comparatum eſt, ut odium, cupiditas, ira in id, quod incubuerint* [b], *agant cæcos, ſupra hominem videtur, culpa* [c] *vacare. Alioqui ſi natura pares* [d] *omnibus affectus dediſſet, pietas nihil erat*.

---

a *Nam quæ*; *inquit*; Abſunt hæc a noſtro cod.

b *incubuerint*. Al. *incubuerit*, Aldus legit nobiſcum:

c *A culpa*. Sic etiam Aldus Al. præpoſitionem non habent.

d *Pares* Bon. Aldus, & Schott. *ſimilem*.

8

Hoc quam verum ſit, docet neceſſitas ipſa

ipſa rationis. Si enim virtus eſt, malis [a], ac vitijs fortiter repugnare, apparet, ſine malo, ac vitio nullam [b] eſſe virtutem, quam Deus, ut abſolutam, perfectamque redderet, retinuit id, quod erat ei contrarium, cum quo depugnare poſſet.

---

a *Malis, ac vitiis*: Secunda & tertia voce caret Bon.

b *Nullam eſſe*. Bon. *nihil eſſe*.

9

Agitata enim malis quatientibus ſtabilitatem capit, & quanto frequenter impellitur, tanto firmiter [a] roboratur.

---

a *Quanto frequenter*; Iſæus reſtituit *frequentius, &* L. Valla reprobavit hanc noſtram lectionem. F. Floridus defendit, & bene Bunem. utramque conciliavit; nam ſi ſecundæ ſubintelligis *magis* latina utique erit. Tacitus enim Ann. L. III. c. 46. *Quanto pecunia dives, & voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles* &c.

10

Hæc nimirum cauſſa efficit, ut quamvis ſit hominibus miſſa juſtitia, tamen aureum ſæculum non eſſe dicatur, quia malum [a] non ſu-

---

a *Quia malum non ſuſtinlit*. Bon. legit ſine negatione.

ſuſtulit, ut retinereret diverſitatem, quam Sacramenta [b] divinæ religionis continent ſola.

b *Quam Sacramenta divinæ religionis continent ſola*: Sic ex noſtro Ms. Cod. omnino legendum puto, ubi alii habent: *Quæ ſacramentum divinæ religionis continet ſola*; quaſi diverſitas boni ac mali in ſola religione Chriſtiana conſtaret; ſed melior ſenſus eſt, quod Sacramenta a Chriſto Domino inſtituta diverſitatem bonorum, ac malorum ita coercent, cohibent & moderantur, media gratia, quam cauſſant, ut reddant eos, qui digne ea ſuſcipiunt, tales, quales eſſe debent, ut omnia eis cooperentur ita bonum. Apoſtolo docente VIII. ad Rom. ℣. 28. *Scimus autem, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum iis, qui ſecundam propoſitum vocati ſunt ſancti*.

CAP. VIII.

I

QUi ergo putant, juſtum eſſe neminem [a], ante uculos habent iuſtitiam, ſed eam nolunt cernere. Quid eſt enim, cur illam

a *Juſtum eſſe neminem*: In eo ſemper ſuorum ſcelerum excuſationem habere poſſe, ſibi falſo perſuaſerunt, qui male operantur, quod inter homines vix aliquis ſit ſine labe, qua ipſi inquinati ſunt. Quod & falsum eſt: nec ſi verum eſſet, quicquam ipſis tribueret, quo a culpa eximerentur.

illam [b] vel in carminibus,vel in omni ſermone deſcribant, conquerentes ejus abſentiam, quum ſit facillimum, bonos eſſe ſi velint?

b *Cur illam* Bon. *illa*.

2

Quid vobis inanem juſtitiam depingitis, & optatis cadere de cælo [a], tamquam in aliquo ſimulacro figuratam? Ecce in conſpectu veſtro eſt, ſuſcipite (ſi poteſtis) eamq; in domicilio veſtri pectoris callocate, nec difficile, aut alienum a temporibus exiſtimetis.

a *Optatis cadere de Cælo*: Reſpicit ad Ancile illud, quod regnante Numa e Cælo cecidiſſe antiqui Romani crediderunt. Vide ad L.1. cap.xx1. ſeg.46.

3

Eſtote æqui, ac boni, & ſequetur vos ſua ſponte juſtitia, quam quæritis. Deponite omnem malam cogitationem de cordibus veſtris, & ſtatim vobis tempus illud aureum [a] revertetur, quod aliter conſequi non poteſtis, quam ſi Deum verum colere cœperitis.

a *Tempus illud aureum*. Al. *illud tempus* &c.

4

Vos autem manente cultu deorum, juſtitiam deſideratis in terra, quod fieri nullo pacto poteſt. Sed ne tum quidem potuit, cum putatis [a]: quia nondum natis diis iſtis [b], quos impiè colitis, neceſſe eſt unius Dei cultum fuiſſe per terram [c], ejus ſcilicet qui execratur malitiam [d], exigitque bonitatem; cujus templum eſt, non lapides, aut lutum; ſed homo ipſe, qui figuram Dei geſtat [e]. Quod templum non auro, & gemmarum donis corruptibilibus, ſed æternis virtutum muneribus ornatur.

Di-

---

a *Sed ne tum quidem potuit, quum putati:* Al. *tum quid eſt potuit*. Al. *putaſtis*.

b *Quia nondum natis diis iſtis*. Bon. *qui non damnatis deſertis*.

c *Per terram*. Al. *per terras*. Bon. præpoſitione caret.

d *Execratur malitiam, exigitque*. Al. *excitatur malitia quique*.

e *Qui figuram Dei geſtat*. I. E. *Rectam* ad Lib.II. cap. I. ſeg. 18:, & cap. XIII. ſeg. 10. & *De Ira Dei* cap. XVIII. ſeg. 13. Heic vero poſſet etiam pro figura Dei intelligi Crux Chriſti Domini, cujus ſigno frons, & pectus Chriſtianorum inſignitur, muniturque, ut ſæpe Lactantius docet, & præſertim L. IV. cap. XXVII. ſeg. 8.

5

Diſcite igitur (ſi quid vobis reliquæ mentis [a] eſt) homines ideo malos , & injuſtos eſſe , quia dij coluntur , & ideo mala omnia [b] rebus humanis quotidie ingraveſcere , quia Deus mundi hujus [c] effector , & gubernator derelictus eſt: quia ſuſceptæ ſunt, contra quam fas eſt , impiæ religiones : poſtremo , quia ne coli quidem , vel a paucis Deum ſinitis .

---

a (*Si quid vobis reliquæ mentis eſt*). Ut ſupra cap. III. *Si quid vobis cordis eſt* . Walchius ; *quæ hominibus poſt lapſum relicta fuit* : exponendam hanc dictionem eſſe putavit; non autem bene, ut ſuo loco.

b *Ideo mala omnia* &c. Querela Ethnicorum antiqua fuit: mala omnia , ſibi ingruentia , Chriſtianis tribuere , quam merito Lactantius non ſolum in ipſos ; ſed quod veriſſimum eſt, in peccatores regerit : nam certum eſt , propter peccatum adverſa omnia hominibus advenire , vel ut per ea reſipiſcant , vel ut non omnino impunes ad majora trahantur ſupplicia .

c *Mundi hujus* . Al. *hujus mundi* .

6

Quod ſi ſolus Deus [a] coleretur , non eſſent diſſenſiones , & bella , quum ſcirent ho-

---

a *Solus Deus* . Bon. *ſolum Deus* .

homines unius ſe Dei filios eſſe, ideoque divinæ neceſſitudinis ſacro, & inviolabili vinculo copulatos [b], nullæ fierent inſidiæ, quum ſcirent cujuſmodi pœnas Deus animarum interfectoribus præparet, qui clandeſtina ſcelera, & ipſas etiam cogitationes pervidet [c].

b *Copulatos*. Al. *copulatis*
c *Præparet*, .. *pervidet*. Al. *præpararet-præparavit*, *præparaverit* .... *prævidet*.

7

Non eſſent fraudes, rapinæ [a], ſi Deo præcipiente didiciſſent & ſuo, & parvo eſſe continenti, & fragilibus [b] & caducis ſolida, & æterna præferrent.

a *Et rapinæ*. Al. *nequæ rapinæ*: eodem ſenſu ex præcedenti negatione.
b *Et fragilibus*, Aldus *ut fragilibus*.

8

Non eſſent adulteria, & ſtupra, & mulierum [a] proſtitutiones, ſi omnibus notum eſſet

a *& mulierum proſtitutiones*. Walchiqs hanc vocem novitatis accuſat, Arnobio dumtaxat uſitata; latina tamen a verbo *proſtituo*, quo boni, immo optimi utuntur.

eſſet [b],damnari a Deo,quicquid appetitur ultra generandi cupiditatem.Nec fœminam[c] neceſſitas cogeret pudorem ſuum profanare , ut victum ſibi obſcœniſſimum quærat: quum & mares libidinem continerent [d], & habentium pia, & religioſa collatio [e] non habentibus ſubueniret . Non eſſent igitur (ut dixi) hæc[f] omnia in terris mala, ſi ab omnibus [g] in legem Dei conjuraretur , ſi ab univerſis fie-

rent

b *Si omnibus notum eſſet*. Sic omnes præter Bon. qui verborum ordinem invertit.

c *Nec fœminam*. Schottus *fœminas*.

d *Libidinem continerent*; Sic etiam Aldus. Nempe eodem ſenſu, quo capite ſuperiori ſeg. 10. Al. *contemnerent*.

e *Pia collatio*: Reſpicit ad laudabilem primorum Chriſtianorum morem, quo ſuperflua conferebantur, ut inde pauperibus neceſſaria elargiri poſſent.

f *Non eſſent igitur (ut dixi) hæc omnia* &c. Bon. & Aldus: *Nec eſſent mutua, ut dixi*. Intellige tam frequentia, & veluti uſu probata; ſicuti inter gentes erant - *Neceſſe eſt enim, ut veniant ſcandala*; inquit Chriſtus Dominus Matth. XVIII. ℣. 7. Corruptum autem adeo erat eo tempore hominum genus, ut mala exempla, & quæ ad vitia homines trahebant illecebræ, numquam viderentur defuturæ.

g *Si ab omnibus*. Al. *ab hominibus conjuraretur* Bon. *conjurare*. Conjuro etſi in malam partem plerumque uſurpari conſueverit; tamen *de re bona*, ut inquit Servius ad Virgil. Æn. VIII. ℣. 5. *Conjurationem dici* poteſt; nam eſt in unum ire conſilium, ac communi vinculo aliquid profiteri.

rent, quæ unus noſter populus [b] operatur quam beatus eſſet, quamque aurens humanarum rerum ſtatus, ſi per totum orbem & pietas, & manſuetudo, pax, & innocentia, & æquitas, & temperantia, & fides moraretur [i].

---

h *Vnus noſter populus*. I. E. *Chriſtiani ſolummodo*.
i *Moraretur*: Heum. *Non dubito*, inquit, *ſcripſiſſe Lactantium*: *dominaretur*. At prudenter ſatis Bunem. *Ego vero dubito*, ait; nec a conſtanti omnium *librorum ſcriptura recedendum arbitror*. Et relatis quibuſdam Lactantii locis ex cap. v., Juvenalis exemplum aptiſſimum addit ex Sat. VI. ℣. 1.
Credo pudicitiam Saturno Rege moratam
In terris, viſamque diu.

9

Denique ad regendos homines, non opus eſſet tam multis, & tam varijs legibus[a], quum ad perfectam innocentiam, Dei lex una ſufficeret: neq; carceribus, neque gladiis præſidum [b], neque terrore pœnarum, quum præceptorum cœleſtium ſalubritas, humanis pecto-

---

a *Tam multis*, *&* *tam variis legibus*. Nullum evidentius indicium de hominum proclivitate ad vitia quædam capitalia, quam omnium fere populorum leges, variæ quidem; ſed adverſus eadem latæ, ac ſæpe ſæpius confirmatæ.
b *Præſidum*. Al. *præſidium*. Al. *Præſidentium*.

ctoribus infuſa, ultro juſtitiæ opera [c] homines erudiret.

c *Ultro juſtitiæ opera*: Sic etiam Aldus. Al. *ad juſtitiæ*. Lactantius ſæpe eam adhibet præpoſitionem; non autem video quare heic omittere non potuerit.

10

Nunc autem mali ſunt ignoratione recti, ac boni, quod quidem Cicero vidit [a]: diſputans enim [b] de legibus: *Sicut una, inquit, eademq; natura, mundus omnibus partibus inter ſe congruentibus cohæret, ac nititur: ſic omnes homines inter ſe natura confuſi, pravitate diſſentiunt, nec ſe intelligunt eſſe conſanguineos, & ſubiectos omnes ſub unam, eandemque tutelam: quod ſi teneretur, deorum profecto vitam homines viverent.*

a *Cicero vidit*. Libri de legibus, quas Tullius ſcripſit, ad nos integri non pervenerunt; hinc non miraberis, ſi quæ heic laudantur verba in eis non reperies, digna profecto, ut ab omnibus legantur.
b *Diſputans enim*: Nonnulli præmittunt; *valide*, Al. auferunt particulam *enim*.

11

Univerſa igitur mala, quibus humanum genus ſeipſum invicem conficit, injuſtus, at-

atque impius deorum cultus [a] induxit. Nec enim poterant retinere pietatem, qui communem omnium patrem Deum, tanquam prodigi, ac rebelles liberi [b] abnegaſſent.

a *Deonum cultus invexit*. Quatenus ſcilicet nullum vitium erat, quod, veluti proprium, ab aliquo Deorum non haberetur ſub patrocinio.

b *Prodigi, ac rebelles liberi*. Reſpicit ad parabolam a Chriſto Dominum propoſitam Luc. xv. a ℣. 11.

CAP. V.

I

NOnunquam tamen ſentiunt, ſe malos eſſe, & veterum ſæculorum ſtatum [a] laudant, & de ſuis moribus [b], meritiſque con-

a *Et veterum ſæculorum ſtatum*: Bon. *& verum* &c. Tam philoſophi, quam poetæ pagani quum in ſe affectuum inordinatorum pugnam ſentirent, quæ contra rationem aſſidue movebatur, naturali lumine noverunt, hominem primum talem a cauſſa indefectibili non potuiſſe produci; quod recentiores in controverſiam deduxerunt: alii quidem propterea laudabant antiquos; alii vero cum Epicuro, tamquam omnino rudes, & veluti ſemi-homines eos contemnebant, utpote caſu, ac fungorum iſtar, e terra, & fimo procreati. Vide quæ mox ſequuntur.

b *De ſuis moribus*: Bon. *de ſuis honoribus*. Præpo-

conjectant, abeſſe juſtitiam, quam obverſantem oculis ſuis non tantum non ſuſpiciunt [c], nec agnoſcunt, verum etiam violenter oderunt, & perſequuntur, & exterminare contendunt.

---

poſitiones *de* pro *ex*, tamquam Afris propriam putavit Heum: ut Afrum Lactantium oſtenderet: ſed inepte, nam Cicero, & latinorum plurimi eandem permutationem adhibent, ut bene notavit Bun. ex Burmanno, Reineſio, aliiſque.

c *Suſcipiunt*. Bon. *ſuſpiciunt*, Forte non male.

2

Fingamus [a] hanc interim non eſſe juſtitiam, quam nos ſequimur: quomodo ſi illa venerit, quam veram putant, eam recipient? qui laniant, & occidunt eos, quos & ipſi fatentur, imitatores eſſe juſtorum, quia bona operentur, & juſta: quum, ſi tantummodo [b] malos occiderent, digni eſſent, ad quos juſtitia non veniret, cui nulla fuit alia cauſſa linquendi terram, quam humani cruoris effuſio.

Quan-

---

a *Fingamus*: Bon. *Fignamus*: Al. addunt *iterum*.

b *Quum ſi tantummodo* &c. Bon. *Cur ii ſi tantum* &c. Jam de perſecutionibus, ac de perſecutoribus Chriſtianorum agere incipit.

3

Quanto magis, quum pios interficiant, & ipſos juſtitiæ ſectatores pro hoſtibus ducant: imo vero plus quam pro hoſtibus? quibus, utique quum animas eorum [a], & opes, & liberos ferro, & igini appetant, tameu parcitur victis [b], & eſt locus inter arma clementiæ, aut ſi adeò ſævire placuit [c], nihil plus in eos fit [d], quam ut occidantur, vel in ſervitutem [e] abducantur.

a *Quum animas eorum*: Bon. *& animas* &c.

b *Parcitur victis*. Jus Belli eſt, ut victus, in victoris poteſtatem tranſeat, eidemque ſerviat; non autem extra pugnam vitæ, & necis arbitrium penes victorem remanet, ut ſuo loco viſuri ſumus. Virgil. Æn. vi. a ℣. 853.

Hæc tibi erunt artes, paciſque imponere morem,
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

c *Sævire placuit*. Bon *ſeveri*. Al. *ſeveris*. Al. *ſæviri*.

d *In eos fit*. Bon. *Judeo*, aut *Judeos fit*.

e *Vel in ſervitutem*. Schotthus, *vel in ſervitute*.

4

Hoc vero inenarrabile eſt, quod fit adverſus eos, qui malefacere neſciunt. Et nulli nocentiores habentur [a], quam qui ſunt ex

a *Et nulli . . . habentur*. Heum. Mallet. *ut nulli ... habentur*. Non videns, quod copula heic vim habet augendi, quaſi diceret: *Et tamen &c.*

ex omnibus innocentes. Audent igitur homines improbiſſimi juſtitiæ facere mentionem, qui feras immanitate vincunt, qui placidiſſimum Dei gregem vaſtant [b] .... *Lupi ceu*

Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies ....

---

b ... *Lupi ceu &c.* Virgiliana aptiſſima ſimilitudo ex II. Æn. a ℣. 355. quamquam ex diverſa ratione petita, de qua ſtatim Noſter agit.

5

Verum hos non ventris, ſed [a] cordis rabies efferavit, nec atra in nebula, ſed aperta prædatione graſſantur: nec eos unquam conſcientia ſcelerum revocat, ne ſanctum, ac pium nomen juſtitiæ, ore illo violent, quod cruore innocentium, tanquam rictus beſtiarum [b], madet.

---

a *Rabies cordis*. Virgil. Æn. VI. ℣. 49:
Et rabie fera corda tument &c.

b *Tamquam rictus beſtiarum*. Bon. *ritus beſtiarum*.

6

Hujus tanti, & tam pertinacis odij, quam

quam potiſſimum cauſſam eſſe dicamus? Utrum ne . . .

Veritas odium parit [a]?

Ut ait poeta, quaſi divino ſpiritu inſtinctus: an erubeſcunt coram juſtis, & bonis eſſe nequam? an potius utrumque? Nam & veritas ideo ſemper inviſa eſt, quod is, qui peccat, vult habere liberum peccandi locum: nec aliter ſe putat malefactorum voluptate ſecurius perfrui poſſe, quam ſi nemo ſit, cui delicta non placeant.

---

a *Veritas odium parit*. Vide infra ad Cap. XXII. Seg. I. notiſſimum ex *Andria* Terentiana proverbium. A. I. Sc. I. ℣. 40.

. . . . *Veritas odium parit*

7

Ergo tanquam ſcelerum, & malitiæ tuæ teſtes extirpare funditus nituntur, & tollere graves, quos [a] ſibi putant, tanquam viſa eorum coarguatur.

---

a *Tollere graves, quos ſibi putant*. Al. Poſt tollere: comam ponont, & legunt: *graveſque ſibi putant*. Vide infra Cap. XXII. Seg. I.

8

Cur enim ſint aliqui intempeſtivè boni,

ni [a], *qui corruptis moridus publicis convitium bene vivendo faciant? cur non omnes ſint æque mali, rapaces, impudici, adulteri, perjuri, cupidi, fraudulenti? quin potius auferantur, quibus coram* [b] *male vivere pudet, qui peccantium frontem* [c], *& ſi non verbis, quia tacent, tamen ipſo vitæ genere* [d] *diſſimili feriunt, & verberant. Caſtigare enim videtur, quicunque diſſentit.*

---

a CUR ENIM SINT ALIQUI INTEMPESTIVE BONI. Hæc diverſo charactere ſcribi debere judicavimus; nam verba ſunt impiorum propria, quibus quum nihil optabilius ſit libertate faciendi quicquid quocumque tempore, ac loco libuerit, intempeſtivum videtur, quod propriis voluptatibus opponitur.

b QUIBUS CORAM. Sic etiam Aldus. Al. *quos coram*. Male: eſt enim Anaſtrophe: *coram quibus*. Reſpecit heic Noſtrad Cap. II. Lib. *Sapientiæ*, cum quo ſi ea conferas, quæ Pantheiſtarum Coryphæus in ſuo nefando opere conſcripſit, larvatam verborum fucis eandem hanc cauſſam illic latitare deprehendes.

c *Qui pecoantium frontem*. Al. *fontem*.

d *Quia tacent, tamen ipſo vitæ genere*. Bon. *qui tacet ... generi*. Al. *genere vitæ*.

9

Nec eſt magnopere mirandum, ſi adverſus homines iſta fiunt, quum adverſus ipſum Deum, propter eandem cauſſam, inſur-

ſurrexerit etiam populus in ſpe conſtitutus [a], nec Dei neſcius : ſequiturque juſtos eadem neceſſitas, quæ ipſum juſtitiæ violavit authorem [b].

a *Etiam populus in ſpe Conſtitutus &c.* Intellige non ſolum Hebræos abominandis gentilium ritibus coinquinatos ; verum etiam eos, qui quum in Chriſti militiam nomen dederint, non ſe ad ejuſdem leges, & voluntatem conformant, ſed eas ſuis depravatis moribus ita accomodant, ut dicere non reformident:

Legum icċirco ſervi ſumus ,
Ut Liberi *eſſe poſſimus .*

b *Juſtitiæ violavit authorem .* Nempe Deum, cujus juſtitia in æternum manet .

10

Vexant ergo, & exquiſitis pœnarum generibus [a] excruciant, parumque habent interficere, quos oderunt, niſi etiam crudelitas corporibus illudat .

a *Poenarum generibus .* Bon. caret prima voce .

11

Si qui autem doloris, velmortis metu, vel ſuapte perfidia [a], cæleſte Sacramentum deſeruerint [b], & ad funeſta ſacrificia conſen-

a *Suapte perfidia .* Sic etiam Aldus : Al. *ſua* .
b *Cæleſte ſacramentum deſeruerit .* Fidem catholicam

ſenſerint, eos laudant, & honoribus mactant, ut eorum exemplo cæteros illiciant.

cam intellige, & id omne ad eam pertinens, quod ſub arcani diſciplina primis Eccleſiæ ſæculis occultabatur. Multifariam id violari poterat. Aliqui enim Idolis thura adolere cogebantur, & hi dicti ſunt: *Sacrificati*, ac *Thurificati*. Alii, etſi non ſacrificaſſent, nec thura odoleviſſent; tamen tamquam ſi id præſtitiſſent, a Præſidibus, ſoluto pretio, libellos, & literas impetrabant, ne torquerentur ab aliis, ſi forte in eos indiciſſent, & *Libellatici* iſti dicebantur. Nonnulli ſacros codices judicibus deferebant, & hi appellabantur *Traditores*. Communi autem vocabulo omnes *Lapſi* vocabantur, ut ad lib. de M. P. fuſius dicturi ſumus.

12

Qui autem magni æſtimaverint fidem, cultoreſque ſe Dei non [a] abnegaverint, in eos verò totis carnificinæ ſuæ viribus, veluti ſanguinem ſitiant, incumbunt, & deſperatos vocant, quia corpori ſuo minime parcunt: quaſi quicquam deſperatius eſſe poſſit, quam torquere, ac dilaniare eum, quem ſcias eſſe innocentem.

a *Cultoreſque ſe Dei non* &c. Bon. *cultoreſque ſe eorum* &c.

13

Adeo nec pudor ullus apud eos ſupe-

reſt, a quibus abeſt omnis humanitas: & retorquent in homines juſtos convicia ſibi congruentia [a].

a *Et retorquent in homines juſtos convicia ſibi congruentia*. Ab iis, qui Chriſtianos, ac fideles Chriſti appellabant: *deſperatos*, *Impios*, *Infauſtos*, *Profanos*, *Atheos*, *Irreligioſos*, *ſacrilegos*, *Magos*, *Maleficos*, *Præſtigiatores* &c. didicerunt omnes Heterodoxi Catholicos infamare, iiſque atrocius Panthæiſtarum iniquiſſimi gloriantur, ſe authores fuiſſe reſtitutæ libertatis adverſus religionem: nobis infamiæ titulos inurendo. Ajunt enim: *Viris principibus & politicis, acceptum referri debet quicquid eſt ubivis hodie* Religiosæ libertatis, *in maximum literarum, commerciorum, & civilis concordiæ emolumentum. Superſtitioſis, aut ſimulatis ſuperum cultoribus, larvatis dico hominibus, aut meticuloſe piis, debentur diffidia, ſeceſſiones, mulctæ, rapinæ, ſtigmata, incarcerationes, exilia, & mortes.* Neſcio equidem an Hierocles, aut Porphyrius, ſive Celſus, Julianus, vel quicumque iis ſimilior, pejora in Chriſtianos effutire ſint auſi, ut in nos regererent ſcelera, & poenas, quorum ipſi & ſuaſores, & impulſores eſſe, nemo ignorat etiam quum de Idea differunt *viri optimi, & ornatiſſimi*, ac de duplici *Pantheiſtarum ſequenda philoſophia* iniquiſſime tractant.

14

Impios enim vocant ipſi ſcilicet pij [a], & ab

a *Scilicet pii:* Ironice dictum, quoniam tales vi-

ab humano ſanguine abborrentes, quum ſi & actus ſuos conſiderent, & illorum, quos tanquam impios damnant, iam intelligant, quam mendaces ſint [b], & ijs omnibus, quæ adverſus bonos aut dicunt, aut faciunt digniores.

videri volunt: & *Hinc*, proſequuntur, *neceſſario evenit*, UT ALIUD SIT IN PECTORE, ET PRIVATO CONSESSU, ALIUD IN FORO, ET PUBLICA CONCIONE.

b *Jam intelligant, quam mendaces ſint* &c. Aldus *intelligent*. Animum adverte lector, quam bene Lactantius, quaſi *divino ſpiritu inſtinctus*, de viris iſtis, *ad ſæculi genium optimis*, ſit longe antea locutus heic non ſolum, ſed in iis, quæ ſequuntur.

15

Non enim de noſtro, ſed ex illorum numero ſemper exiſtunt, qui vias obſideant armati, maria prædentur: vel ſi palam graſſari non licuit, venena clam temperent, qui uxores necent, ut dotes earum lucrentur, aut maritos, ut adulteris nubant: qui natos ex ſe pueros aut ſtrangulent, aut, ſi nimium pij [a] fuerint, exponant.

 Qui

a *Aut ſi nimium pii*: Schottus: *minimum*. Al. *minus*. Sed nihil puto mutandam; nam qui inter Ethnicos piiſſimi putabantur, vel ſibi ipſi eſſe in hac re videbantur; non occidebant infantes, quos alere non

non poterant, ſed potius exponebant, ut lactarentur ab aliis. Unde Tertullianus *Cap.* IX. *Apolog.* Gentilibus exprobrabat: *In primis filios exponitis ſuſcipiendos ab aliqua matre extranea*, quod ſecundum Athenienſium leges fieri conſueviſſe, docet Ariſtoteles *L.* VII. *Polit.* quaſi licitum eſſet interficere, & exponere quicquid natum nollet; quod Thebani reprobarunt, mortis indicta parentibus pœna, ſi aliquid tale in liberos ſuos egiſſent. Lipſius, Sagittarius, Noodt, & alii quidam recentiores agentes *de Officiis Parentum, ac liberorum*, multa *de expoſitione infantum* conſcripſerunt, de qua nos locuti ſumus Lib. VI. cap. XX. ſeg. 20.

16

Qui libidines inceſtas nec a filia, nec a ſorore [a], nec a matre, nec a ſacerdote, contineant: qui adverſus cives ſuos, patriamque conjurent, qui nec culeum [b] metuant, qui denique ſacrilegia committant, & deorum, quos colunt, templa diſpolient: &, ut quæ levia ſunt, atque iis uſitata dicamus [c], qui

a *Nec a Sacerdote*: Intellige non ſolum Virgines Veſtales, ſed etiam alias, quæ apud Gentiles ſacra operabantur, de quibus egimus diſſ. XXVII. cap. XVII. §. X.

b *Qui nec Culeum*. Bon. *Culleum*. Al. *Eculeum*. Vide notam noſtram ad L.III. cap.XIV. ſeg. 9.

c *Atque iis uſitata dicamus*. Aldus: *atque illis inuſitata* Al. ſecunda voce carent.

qui hæreditates captent [d], teſtamenta ſupponant, juſtos hæredes vel auferant, vel excludant.

d *Captent:* Bon. *captant*.

§ 17 §

Qui corpora ſua libidinibus proſtituant, qui denique immemores [a], quid nati ſint, cum foeminis patientia certent; qui ſanctiſſimam quoque corporis ſui partem [b] contra fas omne polluant, & profanent, qui virilia ſua ferro metant [c]: &, quod eſt ſceleratius, ut ſint religionis antiſtites: qui ne vitæ [d] quidem ſuæ parcant, ſed extinguendas publice

H 4 ani-

a *Cum fœminis patientia certent:* De hoc nefandæ libidinis genere egimus L. I. cap. x. ſeg. 12. nota (g). Adde Quintilianum *Decl. III. Ut pollutis in fœmineam uſque patientiam maribus, incurrat libido in ſexum ſuum* &c.

b *Qui ſanctiſſimam quoque corporis partem* &c. Schottus: I. E. *Linguam, & os*. Ad Ciceronem reſpicit in Orat. *poſt reditum* cap. v. ubi ait: *Ne a ſanctiſſima quidem parte corporis potuiſſet hominum impuram intemperantiam propulſare.* Adde dicta ad L. VI. cap. 23 ſeg. 2. & ſeq.

c *Ferro metunt*. Vide ad L. I. Cap. XVII. Seg. 7. & Cap. XXI. Seg. 16.

d *Qui ne vitæ &c.* Intellige Gladiatores, ut ſcite heic notavit Schottus.

animas ſuas vendant: qui, ſi judices ſedeant, aut immeritos perdant mercede corrupti, aut noxios impune dimittant: qui cælum quoque ipſum veneficijs appetant[e], tanquam illorum malitiam terra non capiat.

e *Veneficiis appetant*. I. e. Magi, Aruſpites, Genethliaci, & alii artium iniquarum profeſſores. V. Diſs. xxvii. Cap. II.. §. III.

18

Hæc inquam, & his[a] plura ſcelera utiquè ab ijs fiunt, qui deos colunt. Quis inter hæc tot, ac tanta[b], juſtitiæ locus eſt? Et ego[c] de multis pauca collegi, non ut arguerem, ſed ut oſtenderem.

a *Et his plura*. Bod. *plurima*.
b *Tot, ac tanta*: Schottus hæc verba non habet.
c *Et ego*. Bon. *ut ergo*. Forte: *At ego*.

19

Qui volent ſcire omnia, Senecæ[a] libros in manum ſumant, qui morum, vitiorumque

a *Senecæ*. Vide Epiſtolam II. Libri xvi. ubi non ſolum de his hominum ſceleribusloquitur; ſed potiſſimum in corruptos Judices invehitur. Verum non hunc

que publicorum & deſcriptor veriſſimus, & accuſator acerrimus fuit.

hunc ſolummodo locum reſpicere potuit Lactantius; ſed alios etiam apud Senecam obvios.

20

Sed & Lucilius[a] tenebroſam iſtam vitam circumſcriptè, breviterque depinxit his verſibus:

Nunc vero a mane ad noctem, feſto atque profeſto,
Totus item pariterque die, populuſque, patreſque
Iactare indu forum [b] *ſe omnes, decedere nuſquam.*
Uni ſe, atque eidem ſtudio omnes dedere, et arti,
Verba dare ut caute poſſint, pugnare, doloſe
Blan-

a *Sed & Lucilius*. De Lucilio diximus ad Lib. I. Cap. IX. Seg. 8.

b *Indu forum*. Sic Bon. Aldus & Schottus. Al. *Indufori*. Al. *Iduforo*. Al. *Inde foro*. Al. *Ineo forum*. Al. *in forum*. Al. *in foro*. Al. *endo foro*. Cicero, Lucretius, & Ennius Tò *endo* per Archaiſmum uſurpant pro *in*: Heic nihil aliud ſignificat; & ſenſus eſt: *in forum* ſejactare, & *otia terere*. Vide Lib. I. Cap. XVIII. ex Ennio. *Si fas endo plagas &c.* Franci-
ſcus

Blanditia [c] *certare, bonum ſimolare virum ſe.*

Inſidias facere, ut ſi hoſtes ſint omnibus omnes [d].

ſcus Jani F. Douſa *in Lucil. Satyrar.* Fragamentis profitetur, ſe neſcire ex qua Satyra ſint iſta deprompta; legit autem: *Induforo*, nam ex Scaligero *Indu*, ac *endo* idem ſignificant. Hoc quidem verum, ſed non ſexto caſu jungenda præpoſitio iſta eſt, quum motum indicat. Idem Lucil. Lib.xviii. Sat: xviii.V. ait. ENDO MANUM JACITO &c.

c BLANDITIA &c. Al. *Blandiri* etiam Schottus legit nobiſcum.

d *Ut ſi hoſtes ſint omnibus omnes*. En Hobbeſii Syſtema.

21

Noſtro autem populo [a] quid horum poteſt obijci, cujus omnis religio eſt, ſine ſcelere, ac ſine macula vivere?

---

a *Noſtro autem populo quid horum poteſt obiici:* Hæc utinam Chriſtiani omnes ſedulo perpendant, & judicent, an mores patrum noſtrorum cum iis congruant, qui ab hodiernis Philoſciis docentur.

22

Quum igitur videant & ſe, ac ſuos ea, quæ diximus gerere, noſtros autem nihil aliud

aliud operari, niſi æquum, & bonum [a], poterant (ſi quid ſaperent) ex hoc intelligere, & illos, qui bonum faciunt, pios eſſe, & ſe impios, qui nefanda committunt.

---

a *Æquum, & bonum*. Bon. *æcum &c.*

23

Neque enim fieri poteſt, ut qui in omnibus vitæ ſuæ actibus non errant, in ipſa ſumma errent, hoc eſt in religione, quæ rerum omnium caput eſt. Impietas enim ſuſcepta in eo, quod eſt ſummum, per cætera univerſa ſequeretur [a].

---

a *Per cætera univerſa ſequeretur.* Sic omnes meliores, ubi Bon. legit *quæreretur*.

24

Neque fieri poteſt [a], ut ipſi, qui errant in omni vita, non & in religione fallantur, quoniam pietas in ſummo regulam tenens, tenorem ſuum ſervat in cæteris.

Ita

---

a *Neque fieri poteſt*. Bon. ut aſſolet *Atquin.* ſic Aldus, & Schottus. Al. *Æque*. Al. *Atque* Al. *Eoque*.

25

Ita ſit, ut in utraque parte de conditione rerum, quæ geruntur, qualis ſit ſumma ipſa noſcatur.

C A P. X.

1

OPeræ pretium eſt, cognoſcere illorum pietatem [a], ut ex iis, quæ clementer, ac piè faciunt, poſſit intelligi, qualia ſint, quæ ab his contra jura pietatis geruntur.

---

a *Pietatem*. Al. *impietatem*. Noſtra lectios ironica eſt, quæ per aliam explicatur.

2

Ac ne quem videar inclementer inceſſere [a], aliquam mihi perſonam poeticam, ſumam, quæ ſit vel maximum pietatis exemplum.

---

a *Inclementer inceſſere*. Al. *arguere*:

3

Apud Maronem [a] rex ille:

....*Quo*

---

a *Rex ille*: Æneas ſcilicet, quem Regem dicit, quia

. . . . Quo juſtior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.

Quæ nobis documenta juſtitiæ protulit?

Vinxerat c, & poſt terga manus, quos mitteret umbris,
Inferias cæſo ſparſurus ſanguine flammas.

quia Trojanos poſt patriæ exidium ſapientia rexit, ac in Italiam perduxit, & quia aliquot cum Latino, & poſt mortem ipſius aliquot ſolus regnuvit annos, ex Virgl. Lib. 1. ℣. 269.

Tertia dum Latio regnantem viderit ætas,
Ternaque tranſierint Rutulis hyberna ſubactis.

b QUO IUSTIOR ALTER. Virgil. Æn. I. ℣. 544.

c VINXERAT &c. Idem Æn. II. ℣. 81.

4

Quid poteſt eſſe hac pietate clementius [a], quam mortuis humanas victimas immolare: & ignem cruore hominum, tanquam oleo, paſcere?

a *Hac pietate clementius*. Al. *dementius*: ſenſus idem; per ironiam enim, qua caput iſtud orditur, continuat.

5

Sed fortaſſe hoc non ipſius vitium fuerit,

rit, ſed Poætæ, qui illum *inſignem pietate virum* [a], inſigni ſcelere [b] fœdaverit. Ubi eſt igitur, o poæta, pietas illa [c], quam ſæpiſſime laudas?

Tum pius Aeneas [d] ......
..... *Sulmone creatos* [e]
Quatuor hic juuenes, totidem quos educat Uphens [f],
Viventes rapit: inferias quos immolet umbris,
Captiuoque rogi perfundat ſanguine flammas.

Cur

---

a Insignem pietate virum. Idem Virg. Æn. I. ℣. 10.

b *Inſigni ſcelere:* Al. carent prima voce, quæ etiam in malam partem ſumitur.

c *Vbi eſt igitur o Poeta pietas ille:* Bon. non habet Tò o. Al. *illa pietas*.

d Tum pius Æneas. Bon. punctis notat primam vocem, pro qua Schottus, & Al. habent *Ecce*. Al. *En*. Apud Virgil. Æn. L. v. ℣. 685., & Lib. X. ℣. 783. &c. Scribitur, ut legimus; Sed bene poterat noſter pro *Tum* ponere: *En* ad oſtendendam Æneæ umbratilem pietatem.

e Sulmone creatos. Ex Æn. L. x. ℣. 517.

f Uphens. Bon. *Vfens*. Forte melius. Fluvium hoc nomine duplicem notant Geographi, quorum unus labitur por paludes Pontinas, alter vero per agrum Picenum Firmum inter, & Maceretum, vulgo *Chieuti*.

Digitized by Google

6

Cur ergo dicebat eodem ipſo tempore, quos vinctos ipſos homines ad immolationem mittebat?

..... *Equidem & vivis* [a] *concedere vellem*,

Quum qos vivos habebat in poteſtate, vice pecundum juberet occidi?

a Equidem et vivis &c. Idem Virg. Lib. xi. ỷ. 111.

7

Sed hæc (ut dixi) culpa non illius fuit, qui litteras fortaſſe non didicerat, ſed tua, qui quum [a] eſſes eruditus, ignoraſti tamen quid eſſet pietas, & illud ipſum, quod nefarie, quod deteſtabiliter [b] fecit, pietatis eſſe officium crediſti, videlicet ob hoc unum pius vocatur, quia patrem dilexit. Quid

a *Sed tua, qui quum eſſes eruditus &c.* Hanc eſſe genuinam lectionem putamus; nam Virgilium, compellat heic Lactantius, oſtendendo incongrue omnino Æneam appellari pium, quoniam humano ſanguine aras fœdaverat. Male ergo in Bon. Cod. legitur: *quicunque eſſe &c.*

b *Deteſtabiliter*. Ignotum hocce adverbium ſibi ex antiquis dixit Bunem.

8

Quid quod;

..... *bonus Aeneas*[a] *haud aſpernanda precantes*

Trucidavit? Adjuratus enim[b] per eundem patrem, *&* *ſpes ſurgentis Juli*, nequaquam pepercit, *furiis accenſus*, *&* *ira*[c].

a Bonus Æneas &c. Ex eodem Virgil. L. xi. Æn. ℣. 106.

b *Adjuratus enim &c.* Apud Virgil. Lib. x. ℣. 523.

Et genua amplectens effatur talia ſupplex;
Per patrios manes, per ſpes ſurgentis Julj &c.

c Furiis accensus, et ira. Hemiſtichium eſt ejuſdem Virgilii ex Lib. xii. verſ. 946.

9

Quiſquam ne igitur hunc putet aliquid in ſe virtutis habuiſſe, qui & furore, tanquam ſtipula, exarſerit, & manium patris, per quem rogabatur, oblitus, iram frænare non nequiverit[a]? Nullo igitur modo pius, qui non tantum non repugnantes[b], ſed etiam precantes interemit, Di-

a *Non quiverit*. Sic etiam Aldus. Al. *nequiveri.*

b *Non tantum non repugnantes*. Aldus ſecundam negationem delet.

10

Dicet hic aliquis : Quæ ergo , aut ubi , aut qualis eſt pietas ? Nimirum apud eos , qui bella neſciunt [a] , qui concordiam cum obnibus ſervant [b] , qui amici ſunt etiam inimicis , qui omnes homines pro fratribus diligunt , qui cohibere iram ſciunt , omnemque animi furorem tranquilla moderatione lenire .

a *Qui bella neſciunt* . Vide omnino quæ habentur infra Cap. XVIII. Al. XVII. Seg. 12. Lib. VI. Cap. XX. Seg. 16. , & Diſs. XXVIII. Cap. IV. §. IX., & ſeq.

b *Cum omnibus ſervant* . Al. *cum omni vi ſervant.* Al. *in pace hominibus inſerviunt.* Al. *inſerviant* .

11

Quanta igitur caligo , quanta tenebrarum , & errorum nubes hominum pectora obduxit, qui quum ſe maxime pios putant , tum maxime fiunt impii [a] . Quanto enim reli-

a *Tum maxime fiunt impii* . Heum. mavult legere : *ſunt impii* . Sed omnino perperam ; nam impium eſſe , eſt contra naturæ jura operari ; quæ jura quum a nemine ignorari poſſint , hinc quicumque ea vio-

religioſius [b] terrenis iſtis ſimulachris inſerviunt, tanto magis ſcelerati adverſus nomen veræ divinitatis exiſtunt,

violando, putat ſe juſtum eſſe, impium, & protervus fit; propriæ conſcientiæ reluctando.

b *Quanto enim* &c. Aldus: *quanto ergo*:

12

Itaque pro merito impietatis ſuæ gravioribus malis ſæpe vexantur, quorum cauſſam quia neſciunt, fortunæ culpa omnis adſcribitur [a], & locum invenit Epicuri philoſophia, nihil ad Deos pertinere cenſentis [b], nec gratia eos tangi, nec ira moveri, quia & contemptores eorum ſæpe videant beatos, & cultores ſæpe miſeros.

a *Culpa omnis adſcribitur*: Bon. *culpa omnes adſcribuntur*.

b *Pertinere cenſetis*. Bon. *conteſtantis*. Etiam hocce Epicuri placitum, ac nefandum dogma, non de diis gentium; ſed de unico, æternoque Numine, cujus nutu omnia reguntur, philoſcii quidam combitiones ſibi, & aliis illudendo perſuadere nituntur.

13

Quod eo fit, quia quum religioſi videantur, & natura boni, nihil tale creduntur

tur mereri, quale ſæpe patiuntur. Conſolantur ſe tamen accuſatione fortunæ, nec ſentiunt, quod ſi eſſet ulla [a], cultoribus ſuis nunquam noceret.

a *Quod ſi eſſet ulla*: Subintellige Fortuna, fictum ſcilicet numen illud, de quo ad Lib. II. cap. VIII. ſeg. II., & Lib. III. cap. XXIX. ſeg. I.

14

Merito igitur hujuſmodi pietatem pœna conſequitur, & offenſa Divinitas ſcelere ominum prave religioſorum, gravi eos infortunio mactat, qui licet ſanctis moribus vivant, in ſumma fide, atque innocentia: tamen, quia Deos colunt, quorum ritus impios, ac profanos Deus verus odio habet, a juſtitia, & a nomine veræ pietatis [a] alieni ſunt.

a *Et a nomine veræ pietatis*: Bon. *animi*, *&* *veræ pietatis*.

15

Nec eſt difficile dicere, cur Deorum cultores, boni, & juſti eſſe [a] non poſſint. Quomodo enim ſanguine abſtinebunt, qui co-

a *Cur juſti eſſe*. Bon. *quod juſti* &c.

colunt cruentos Deos, Martem, atque Bellonam [b]? Quomodo aut parentibus parcent, qui expulſorem patris ſui Iovem, aut natis ex ſe infantibus, qui Saturnum [c]?

b *Martem, atque Bellonam?* Vide ad Lib. 1. cap. x. ſeg. 4. & cap. xxi. ſeg. 16.
c *Qui Saturnum*: Al. *qui colant Saturnum*.

16

Quomodo pudicitiam tuebuntur, qui colunt deam nudam, & adulteram [a], & quaſi apud Deos proſtitutam [b]? Quomodo ſe a rapinis, & fraudibus abſtinebunt; qui Mercurii furta noverunt, docentis, non fraudis eſſe decipere, ſed aſtutiæ? Quomodo libidines coercebunt, qui Jovem, Herculem, Liberum, Apollinem, cæteroſque venerantur, quorum adulteria, & ſtupra in mares, & fœminas non tantum doctis nota ſunt, ſed exprimuntur etiam in theatris [c], atque cantantur, ut ſint omnibus notiora?

Poſ-

a *Deam nudam, & adulteram*: Nempe Venerem, de qua L. 1. cap. xvii. ſeg. 9.
b *Proſtitutam* Al. *deſtitutam*.
c *In theatris*: Comœdie, ac Tragœdiæ hujuſmodi a Mimis, ac Pantominis repræſentatæ ſemper a cordatioribus fuerunt reprobatæ: ut diſs. xxviii. cap. iv. §. xvi.

17

Poſſunt ne inter hæc juſti eſſe homines, qui etiam ſi natura ſint boni, ab ipſis tamen Diis erudiantur ad iniuſtitiam [a] ? Ad placandum enim Deum quem colas, iis rebus opus eſt, quibus illum gaudere, ac delectari ſcias.

a *Erudiantur ad injuſtitiam*: Sic Aldus, Schottus, & meliores. Al. *ad juſtitiam*.

18

Sic fit, ut vitam colentium[a], Deus pro qualitate nominis[b] ſui formet, quoniam religioſiſſimus eſt cultus, imitari.

a *Vitam colentium*: Bon. *vitam volentium*. Al. *vita colentum*.
b *Nominis*. Al. *Numinis*.

CAP. XI.

1

IS igitur hominibus [a], qui Deorum ſuorum moribus congruunt, quia gravis eſt, & ac-

a *His igitur hominibus.... quia gravis eſt &c.* Al. *Si igitur homines.... quia gravem habent, &c.*

& acerba juſtitia, eandem impietatem ſuam, qua in cæteris rebus utuntur, adverſus juſtos violenter exercent. Nec immeritò a prophetis beſtiæ nominatur [b]. Præclarè itaque M. Tullius [c].

---

b *A Prophetis beſtiæ nominantur*. Aldus *profaſtis* Paſſim Reges Gentium in Scripturis ſub Beſtiarum figura exprimuntur, præſertim in Apocalypſi, ubi Eccleſiæ Perſecutiones recenſentur. Sic etiam antiquiores apud Ezechielem, Danielem, Sophoniam &c. Lact. Cap. II. de M. P, ex Sibyllæ Vaticiniis Neronem *malam Beſtiam* appellat. Seg. 7. & Cap. XVI. Seg. 1. *Tres acerbiſſimæ Beſtiæ* ab eodem dicuntur Diocletianus, Herculius, & Galerius.

c *Marcus Tullius*. In deperditis.

2

Etenim ſi nemo eſt, inquit, *quin emori* [a] *malit, quam converti in aliquam figurum beſtiæ* [b], *quamvis hominis mentem ſit habiturus, quanto eſt miſerius, in hominis figura, animo eſſe efferato? mihi quidem tanto videtur, quanto præſtabilior eſt animus corpore*. Aſper-

---

a *Quin emori*. Al. *qui mori*. Al. *quia mori &c.*

b *Figuram beſtiæ*. Tam heic, quam in ſequentibus pro figura intellige externam formam, ut Daniel. IV. de Nabuchodonoſore narratur; & apud Poetas a Circe factum dicitur.

3

Aſpernantur itaque corpora belluarum, cuibus ſunt ipſi ſæviores [a], ſibique adeo placent, quod homines nati ſunt, quorum nihil, niſi lineamenta, & ſummam figuram gerunt.

a *Sæviores* Al. *Brutiores*,

4

Nam quis Caucaſus [a], quæ India [b], quæ Hircania tam immanes, tam ſanguinarias unquam beſtias aluit? Quoniam ferarum rabies uſque ad ventris ſatietatem furit, fa-

a *Caucaſus* Mons Scytiæ inhoſpitalis, in quo Prometheum perpetua vulturis fame cruciatum eſſe, tradunt. Heic, & ſequentibus reſpexiſſe videtur Lactantius ad ea, quæ Dido apud Virgilium ait: Lib. IV. Æn. a verſ. 366.

. . . . *ſed duris genuit te cautibus horrens*
Caucaſus, Hyrcanæque admorunt Vbera Tygres

Plinius enim L. viii. cap. xviii. narrat, tam in India, quam in Arabiæ Sylva, quæ Hircania dicitur, Tygres formidabiles eſſe; quemadmodum in Caucaſo Monte numerum immanem Panterarum reperiri, tradidit Philoſtratus in vita Apollonii.

b *Quæ India*. Hæc in Bon- Cod. non leguntur.

meque ſe data, protinus conquieſcit.

5

Illa eſt [a] vera beſtia, cujus una juſſione:

Funditur ater ubique cruor, crudelis ubique
Luctus, ubique pavor, et plurima mortis imago.

a *Illa eſt vera Beſtia*. Nempe Diocletianus, cujus decennalem perſecutionem Lactantius vidit; ut in Diſs, XXXI. cap. iii. diximus, & ad Lib. de M. P. dicturi ſumus.

6

Nemo hujus tantæ belluæ [a] immanitatem poteſt pro merito deſcribere: quæ uno loco recubans, tamen per totum orbem dentibus ferreis ſævit, & non tantum artus hominum diſſipat, ſed & oſſa ipſa comminuit, & in cineres furit [b], nequis extet ſe-

a *Tantæ Beſtiæ*. Schottus: *tandem beſtiæ*.

b *In Cineres furit*. Reſpicere videtur ad id, quod actum eſſe Nicomediæ narrat Euſebius Lib. viii. *Hiſt. Eccl. Cap* vi. *Famulos illos regios poſt mortem decoro, & celebri funere terræ mandatos, Imperatores, qui eorum domini putabantur, rurſus de integro effodien-*

ſepulturæ locus. Quaſi verò id affectent, qui Deum confitentur [c], ut ad eorum ſepulchra veniatur, ac non ut, ipſi ad Deum perveniant.

Quæ-

diendos, inque mare præcipitandos, ſententiis decreverunt; ne, ut eorum ferebat opinio, quidam eos in ſepulchris, & monumentis conditos, Deos eſſe reputantes, divina veneratione proſequerentur. Quæ libenter exſcripſimus, ut Remoſtrantes videant, antiquiſſimum Martyrum cultum, quem nos ſervamus, eos non, ut Deos; ſed ut Dei ſummi amicos venerando. Noſcant autem in ſacratos eorum Cineres Perſecutorum furorem, atque immanitatem, quam ipſi adoptarunt, & retinent Calviniſtæ.

c *Quaſi vero id affectent, qui Deum confitentur.* Gallæus heic, more draconum in venenum etiam balſama convertens ait: *Hæc velim notent Papiſtæ adverſus ſuas ad Sanctorum Sepulchra peregrinotiones; Si enim illæ Lactantii tempore obtinuiſſent, quomodo queſo hęc contra gentes ſcripſiſſet. Videat itaque Chriſtianus Lector, eſſe morem Gentilium, non Chriſtianorum peregrinari ad Sepulcra, & Reliquias &c.* Sed potius videant heic Gallæi, & Calvini imitatores, quam ridiculum, ſeu potius impium, temerariumque argutandi modum, peſſimus homo adhibuerit, quum ex eo, quod Lactantius dicat Martyres Chriſti non affectaſſe, *ut ad eorum Sepulcra veniatur*, tamquam ad Buſta falſorum Numinum; eruere poſſe putavit, damnandas eſſe peregrinationes Chriſtianorum ad eorundem Martyrum ſacra Lipſana, ad quæ antiquiſſimum fidelium morem tollendum, Perſecutores in ci-

cineres furere conſueverunt, utpote qui falſo putabant, ut ſupra ex Euſebio vidimus, Martyres, tamquam Deos, a Chriſtianis adorari, & quia Chriſto Caucifixo honorem divinum deferri noverant, idem fieri erga Martyres arbitrabantur.

7

Quænam illa feritas, quæ rabies, quæ inſania eſt, lucem vivis, terram mortuis denegaſſe? Dico igitur, nihil eſſe miſerius iis hominibus, quos miniſtros furoris alieni, quos ſatellites impiæ juſſionis neceſſitas [a] aut invenit, aut fecit.

a *Neceſſitas*: Intellige ſtatus conditionem, propter quam perſecutorum miniſtri talia exercebant: ut in Lib. *de Opif. Dei* cap. 1. ſeg. 1. diximus.

8

Non enim horor ille, aut provectio dignitatis [a] fuit, ſed hominis damnatio ad carnificinam: Dei verò [b] ad pœnam ſempiternam.

Quæ

a *Aut provectio dignitatis*: *Provehere ad dignitatem*, Plinius in Epiſtolis aliquando dixit; At *Provectio* ab antiquis uſitatum vocabulum non fuiſſe videtur Bunemanno.

b *Dei vero*: Subintellige: *damnatio*.

9

Quæ autem per totum orbem ſinguli geſſerint, enarrare impoſſibile eſt. Quis enim voluminum numerus capiet tam infinita, tam varia genera crudelitatis? Accepta enim poteſtate pro ſuis moribus [a] quiſque ſæviit. Alii præ nimia timiditate [b] plus auſi ſunt, quam jubebantur.

---

a *Pro ſuis moribus quiſque ſæviit*. Al. *ſævivit*. Al. *ſævit*. Schottus *pro ſuis quiſque moribus ſævit*. Al. *ſæviunt* Al. *ſævierunt*; Dummodo enim adverſus Chriſtianos agerent, modus quilibet eos torquendi, judicis arbitrio concedebatur.

b *Præ nimia timiditate*. Al. *tumiditate*. Al. *cupiditate*; ſed nihil mutandum: nam timebant Præſides Diocletianum, alioſque perſecutores, ne ſi minus acriter in fideles Chriſti egiſſent, ipſi poenas dare cogerentur.

10

Alii ſuo proprio adverſus juſtos odio, quidam naturali mentis feritate, nonulli ut placerent, & hoc officio viam ſibi ad altiora munirent, aliqui ad occidendum præcipites extiterunt, ſicut unus in Phrygia [a], qui univer-

---

a *Sicut unus in Phrygia, qui univerſum populum cum*

verſum populum cum ipſo pariter conventiculo concremavit.

cum ipſo pariter conventiculo concremavit: Euſebius eodem Lib. VIII. H. E. c. XXIII. hanc narrat hiſtoriam, quam heic Gallæus refert, & ſtatim ſubdit: *Cæterum Chriſtiani non habebant templa, ſed conventicula, Ædes &c. Abhorrebant enim a Templi nomine, ut ſupra fuſe oſtendimus.* Parum de vocabulo ſolliciti eſſemus; ſed & in eo mendax eſt Gallæus; nam a Lactantio noſtro illud cap. II. ſeg. 2. hujus libri in ſenſu, quem ipſe negat, uſurpatum vidimus, & infra iterum, iterumque lecturi ſumus. Idem Euſebius Lib. eodem c. I. ſtatum Eccleſiæ Dei, quum perſecutio a Diocletiano mota eſt, deſcribens, ait, interprete Chriſtophorſono: *Aut quomodo quiſquam conventus illos infinita hominum turba frequentatos, multitudines in ſingulis Civitatibus coactas, illuſtres hominum in Templis concurſus poterit oratione explicare?* &c. Ibidemque Eccleſiæ, conventiculi, ſacrarum ædium, ac Templi vocabulis promiſcue utitur ad eundem ſignificandum locum, in quo fideles, *Chriſti Dei omnipotentis opem invocabant.* Vide diſſ. XXXV. Cap. III. §. IV.

11

Sed hic quanto ſævior, tanto clementior [a] invenitur. Illud verò peſſimum genus eſt

a *tanto clementior*. Al. *dementior*.

eſt, cui clementiæ ſpecies falſa blanditur: ille gravitor, ille ſævior eſt carnifex, qui neminem ſtatuit occidere [b].

---

b *Qui neminem ſtatuit occidere*. Forte Diocles ob ea nimirum, quæ dicta antea ſunt, & infra erunt dicenda.

12

Itaque dici non poteſt, hujuſmodi judices quanta, & quam gravia tormentorum genera excogitaverint, ut ad effectum [a] propoſiti ſui pervenirent.

---

a *Ut ad effectum*. Al. *ne ad effectum*. Al. *affectum*.

13

Hæc autem non tantum ideo faciunt, ut gloriari poſſint, nullum ſe innocentium peremiſſe (nam & ipſe audivi aliquos gloriantes, quod adminiſtratio [a] ſua, in hac parte, fuerit incruenta) ſed & invidiæ cauſſa, ne aut ipſi vincantur, aut illi virtutis ſuæ gloriam conſequantur.

Ita.

---

a *Quod adminiſtratio ſua*. Al. *quia adminiſtratio* Al. *quam*.

14

Itaque in excogitadis pœnarum generibus, nihil aliud, quam victoriam excogitant [a]. Sciunt enim, certamen eſſe illud, & pugnam.

a *Itaque in excogitandis pœnarum generibus nihil aliud, quam victoriam excogitant.* Vide quomodo Lactantius in hocce capite nunc in præterito, nunc in præſenti loquatur, ut innuat, ſe iſta ſcripſiſſe durante adhuc perſecutione, ut a nobis in prima diſſertationum decade ſæpe dictum eſt.

15

Vidi ego in Bithynia Præſidem [a] gaudio mirabiliter elatum, tanquam barbarorum gentem aliquam ſubegiſſet, quod unus, qui per biennium magna virtute reſtiterat, poſtremo cedere viſus eſt.

a *Vidi ego Bithynia Præſidem.* Hinc collige hæc extra Bithyniam a Lactantio ſcripta, ut ubi ſupra demonſtravimus.

16

Contendunt igitur, ut vincant, & exquiſitos dolores [a] corporibus immittunt, & ni-

a *Fxquiſitos dolores....* immittunt. Al. *exquiſitas pœnas.... perpetim mittunt.*

nihil aliud devitant, quam ut ne torti moriantur. Quaſi verò mors tantummodo beatos faciat [b], ac non etiam tormenta, quæ quanto fuerint [c] graviora, tanto majorem virtutis gloriam pariant.

b *Quaſi vero mors taatummodo beatos faciat.* Non enim tantummodo martyrum gloriam conſequi dicebantur, qui tormentorum vi, ſpiritum exhatabant; ſed etiam illi, qui in odium fidei graviſſima paſſi erant cruciamenta, etſi in eis mori non contigiſſet, ut de S. Euſebio Vercellenſi narrant hiſtoriæ; & de Donato confeſſore idem tradidit Lactantius in Lib. de M.P.

c *Quæ quanto fuerint .... majorem.* Bon. relativum non habet & legit *majoris*: Aldus, Shottus, & Al. legunt nobiſcum.

17

Illi autem pertinaci ſtultitia jubent curam tortis diligenter adhiberi, ut ad alios cruciatus membra renoventur, & reparetur novus ſanguis ad pœnam. Quid tam pium [a], tam beneficum, tam humanum fieri poteſt. Non curaſſent tam ſolicite, quos amarent?

a *Tam pium* &c. Per Ironiam.

18

Hæc eſt Deorum diſciplina. Ad hæc opera cultores ſuos erudiunt, hæc ſacra deſide-

ſiderant. Quinentiam ſceleratiſſimi homicidæ contra pios jura impia condiderunt. Nam & conſtitutiones ſacrilegæ, & diſputationes [a] Juriſperitorum leguntur injuſtæ.

a *Conſtitutiones ſacrilegæ, & diſputationes.* Al. *diſpoſitiones.* Etiam alibi hæç variatio a nobis notata eſt,

19

Domitius *de officio Proconſulis* [a], libro ſeptimo reſcripta [b] Principum nefaria collegit,

a *Domitius de officio Proconſulis*, Dubium eruditis injecit Domitii nomen; de Labione ne, an de Ulpiano, aut de alio heic mentionem fecerit Lactantius; nam Domitius Labeo quæſtiones quaſdam ineptas, & ridiculas edidit, ut videre eſt L. xxvii ff. *Qui teſtam. facere poſſit*, ubi Gloſſa ait, *Minus curialiter*. At citra controverſiam eſſe puto, Authorem noſtrum locutum fuiſſe de Domitio Ulpiano, Natione Syro, qui Prætoribus primum, deinde Papiniano Præfecto Prætorio adſedit. Immo ab Alexandro Severo, ut in ejus vita narrat Lampidius, Præfectus Prætorio creatus, authoritatem omnem, & gratiam apud Principem adverſus Chriſtianos exercuit, a quibus benevolum Imperatorem, noſtræ religioni, Mammeæ matris exemplo, propenſum, avertit, collectis omnibus Imperatorum conſtitutionibus in Chriſtianos conditis, ut in eos acrius illum concitaret.

b *Libro ſeptimo*. Schottus & Aldus ſic legunt. Al. *Libris ſeptem*.

git, ut doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui ſe cultores Dei confiterentur.

C A P. X I I.

1

Quid iis facias [a], qui jus vocant carnificinas [b] veterûm tyrannorum adverſus innocentes rabide ſævientium? Et quum ſint injuſtitiæ, crudelitatiſque doctores, juſtos ſe tamen eſſe [c], ac prudentes videri volunt, cæci, & hebetes, & rerum, & veritatis ignari.

a *Quid iis facias*. Al. *faciant*.
b *Carnificinas . . . rabide*, Bon. primam vocem non habet & pro ſecunda legit, *rabida*.
c *Juſtos ſe tamen* Bon. Tò *eſſe* non habet.

2

Adeo ne vobis, o perditæ mentes, inviſa juſtitia eſt, ut eam ſummis ſceleribus adæquetis? Adeo ne apud vos perit [a] innocentia, ut ne morte quidem ſimplici dignam

K ju-

a *Apud vos perit innocentia* Al. *periit*, & ſic Schottus.

judicetis ? Sed ſupra omnia facinora habeatur, nullum facinus admittere, pectuſque purum ab omni ſceleris contagione [b] præſtare.

b *Contagione*. Al. *cogitatione*.

3

Et quoniam communiter cum Deorum cultoribus loquimur, liceat per vos bene facere vobiſcum [a]. Hæc eſt enim lex noſtra, hoc opus, hæc religio. Si vobis ſapientes videmur, imitamini: Si ſtulti, contemnite [b], aut etiam ridete, ſi libet: nobis enim [c] ſtultitia noſtra prodeſt.

a *Vobiſcum*. Schottus, & Betuleius. *vobis*.
b *Contemnite*. Bon. *contempnite*.
c *Nobis enim*. Al. *Vobis enim*. Sic Schottus.

4

Quid laceratis ? quid affligitis? non invidemus ſapientiæ veſtræ. Hanc ſtultitiam malumus: hanc amplectimur. Hoc nobis credimus expedire, ut vos diligamus [a], & in vos ipſos, qui odiſtis, omnia conferamus. Eſt

a *Ut vos diligamus*. Heum: *ut & nos*. Walch. *ut nos*.

5

Eſt apud Ciceronem non abhorrens a vero [a] locus, in ea diſputatione, quæ habetur a Furio [b] contra juſtitiam: *Quæro*, iniquit, *ſi duo ſint, quorum alter optimus vir, æquiſſimus, ſumma juſtitia, ſingulari fide; alter inſignis ſcelere* [c], *& audacia, & ſi in eo ſit errore civitas, ut bonum illum virum, ſceleratum, facinoroſum, nefarium putet: contra autem, qui ſit improbiſſimus, exiſtimet* [d] *eſſe ſumma probitate, ac fide; proque hac opinione omnium civium, bonus ille vir vexetur, rapiatur, manus eidem quoque* [e] *auferantur, effodiantur oculi, damnetur, vinciatur, uratur, exterminetur.*

K 2 *Egeat*

a *Non abhorrens a vero locus.* Bon. *non abhorrendus a vero.* Extat hic locus apud Auguſt. *De Civ. Dei* Lib. II. Cap. xxi.

b *A Furio.* Is fuit ille L. Furius Philus, de quo idem Cicero in Bruto ait: *Perbene latine loqui putabatur, letteratiuſque quam cæteri.*

c Alter insignis scelere. Sic reſtituo ex quampluribus Mſs. & editis, ſenſu expoſtulante; ubi Al. legunt *inſigni ſcelere.*

d *Exiſtimet.* Al. *Exiſtimetur.*

e *Manus eidem quoque.* Al. *manus ei denique.*

6

Egeat poſtremo, jure etiam optimo omnibus miſerrimus eſſe videatur; contra autem ille improbus laudetur, colatur, ab omnibus diligatur, omnes ad eum honores, omnia imperia, omnes opes, omnes copiæ, conferantur [a]*: vir denique optimus omnium exiſtimatione, & digniſſimus omni fortuna judicetur: quis tandem erit tam demens, qui dubitet* [b]*, utrum ſe eſſe malit?*

a *Omnes Copiæ*. Al. *omnes denique*. Fulvius Urſinus monet Tò *denique* abradendum eſſe, quia ex inferiori verſiculo irrepiſſe apparet.

b *Qui dubitet*. Bon. *quid ubi putet*.

7

Profectò quaſi divinaret, quæ nobis mala, & quomodo ventura eſſent propter juſtitiam, hoc poſuit exemplum. Hæc enim populus noſter patitur omnia, errantium pravitate.

8

Ecce in eo eſt errore civitas, vel potius orbis ipſe totus [a], ut bonos, & juſtos vi-

a *Ecce in eo eſt errore Civitas, vel potius orbis ipſe*

viros tanquam malos, & impios perſequatur, excruciet, damnet, occidat.

---

ipſe totus &c. En clariſſimum teſtimonium hæc a Lactantio ſcripta fuiſſe perſecutione; fervente & ut videtur in urbe aliqua cæteris non æquanda. An Romæ? Eruditi judicent.

9

Nam quod ait, neminem eſſe tam dementem, pui dubitet utrum ſe eſſe malit: ille quidem, ut is, qui contra juſtitiam diſſerebat, hoc ſenſit: *malle ſapientem* [a] *malum eſſe cum bona exiſtimatione, quam bonum cum mala.*

---

a *Malle ſapientem &c.* Impia ſententia eſt, quam Politicorum ſchola pro fundamento ſuorum peſſimorum dogmatum adoptavit.

10

A nobis autem abſit hæc amentia, ut falſum vero anteponamus. An boni noſtri qualitas ex populi potius pendebit erroribus, quam ex conſcientia noſtra, & judicio Dei? Aut aliqua nos illiciet unquam felicitas, ut non potius veram bonitatem cum omni malo, quam falſam cum omni proſperitate malimus?

❧ 11 ☙

Sua ſibi habeant [a] *regna reges*, *ſuas divitias divites* (ut loquitur Plautus) ſuam vero prudentiam prudentes, relinquant nobis ſtultitiam noſtram, quam vel ex hoc apparet eſſe ſapientiam, quod eam nobis invident. Quis enim ſtulto invideat, niſi qui ipſe ſit ſtultiſſimus?

a *Sua ſibi heabant*. Plautus *Curcul.* A. 1. 5. iii. ℣. 22. Al. *ſibi ſuahabeant*.

❧ 12 ☙

Illi autem non ſunt adeo ſtulti, ut ſtultis invidiant: ſed ex eo, quod accurate, quod ſolicite perſequuntur [a], ſtultos non eſſe concedunt.

a *Perſequuntur*. Aldus *proſequuntur*,

❧ 13 ☙

Cur enim tam crudeliter ſæviant, niſi quia metuunt, ne in dies invaleſcente juſtitia, cum Diis ſuis carioſis [a] relinquantur?

a *Cum diis ſuis carioſis*. Carie deficientibus. Bon. *no-*

tur? ſi ergo cultores Deorum ſapientes ſunt, & nos ſtulti, quid metuunt, ne ſapientes illiciantur a ſtultis?

---

norioſis. Al. *curioſis*. Sch. *carinoſis*. Al. *varioſis*. Al. *arenoſis*. Al. *araneoſis* Lectionem hanc elegit Jo. Cler. Art. Crit. Part. III. 5. 1. cap. VIII. num. 9. Nos receptiorem lectionem retinuimus, non ſine exemplis; nam Phæd. L. v. fab. x. de quodam cane dicit: *Carioſis dentibus*; & Prudentius L. 1. contra Symmach. a ỳ. 516.

Non patiar veteres teneas, ut me duce, nugas,
Et Carioſorum venereris monſtra Deorum &c.

Gallæus locum non dimittit inobſervatum; ſed ait: *An non & Iſæo, omnibusque Pontificiis poſſent hæc objici, qui non ſolum duliæ, ipſis fatentibus cultum, ſed etiam, nonnunquam latriæ, idolis ſuis deferunt?* At tam frequentia hujus hominis mendacia, quis valeat ſuſtinere? quis refellere dignum putet?

CAP. XIII.

1

QUum autem noſter numerus ſemper de Deorum cultoribus augeatur, nunquam verò, ne in ipſa quidem perſecutione, minuatur [a] (quoniam peccare homi-

K 3 nes,

---

a *Ne in ipſa quidem perſecutione minuatur*. Bon. propoſitionem omittit. Paradoxon videri poterunt iſta

nes, & inquinari ſagrificio poſſunt, averti autem non poſſunt a Deo b: valet enim vi ſua veritas) quis eſt tam excors, tamque cæcus, qui non videat, in utra ſit parte ſapientia?

iſtahæc continere iis, qui Eccleſiaſticam hiſtoriam neſciant; quique Tertulliani Apologeticon non viderint; Sed vel ex Ethnicis ipſis explorata ſunt. *Certe ſatis conſtat:* Trajano ſcribit Plinius Lib.x. Epiſt. 101., *prope jam deſolata templa cæpiſſe celebrari, & Sacra ſolennia diu intermiſſa repeti: paſſimque venire victimas, quarum adhuc rariſſimus emptor inveniabatur. Ex quo facile eſt opinari, quæ turba hominum emendari poſſit, ſi fiat pænitentiæ locus.*

b *Quoniam peccare homines, & inquinari ſacrificio poſſunt, averti autem non poſſunt a Deo.* Fatetur heic Lactantius, quamplurimos ex noſtris vi tormentorum victos, Diis ſacrificaſſe; ſed externo dumtaxat cultu, Chriſti Fide in corde ſuo retenta; non tamen eos a peccato dicit fuiſſe immunes. Quæ ſemper fuit Eccleſiæ Catholicæ doctrina; unde ſæpe etiam hiſce noſtris temporibus Sancta Sedes Apoſtolica damnavit praxim quorumdam apud Sinas, qui contendebant, licere Chriſtianis adorationem pure externam Idolis tribuere, etiamſi vel inter flores Chriſti imaginem latenter poſitam, vel alibi exiſtentem, adorare velle in eodem actu ſerio decernerent, & vellent. Quare vel ex hac doctrina intelligere poſſent, ſi vellent, Remoſtrantes quam longe Romana Eccleſia ſit, & fuerit ſemper ab omni Idololatriæ ſuſpicione.

2

Sed illi malitia, & furore cæcantur, ne

ne videant, ſtultoſque arbitrantur eſſe, qui quum habeant in ſua poteſtate [a] ſupplicia vitare; cruciari tamen, & emori [b] malunt, quum poſſint ex eo ipſo pervidere, non eſſe ſtultitiam, in quam tanta hominum millia per orbem totum, una, & pari mente conſentiant.

---

a *Qui quum habeant in ſua*. Bon. *quod quum habeant in poteſtate*.
b *Et emori*. Al. *& mori*.

3

Si enim fœminæ ſexus infirmitate labuntur (nam interdum iſti muliebrem, aut anilem [a] ſuperſtitionem vocant) viri certe ſapiunt. Si pueri, ſi adoleſcentes improvidi ſunt per ætatem, maturi certe, ac ſenes habent ſtabile judicium. Si una civitas deſipit [b], cæteræ, utique innumerabiles, ſtultæ eſſe non poſſunt.

---

a *Aut anilem*. Sic Aldus nobis cum. Al. *& anilem*.
b *Deſipit*. Sic Aldus. Al. *deſipuerit*.

4

Si una provincia, una natio providentia

tia [a] caret, cæteras omnes habere intelligentiam recti, neceſſe eſt.

a *Providentia*. Al. *prudentia*.

5

Quum verò ab ortu ſolis uſque ad occaſum lex divina ſuſcepta ſit, & omnis ſexus, omnis ætas, & gens, & regio, & natio unis, ac ſimilibus [a] animis Deo ſerviant, eadem ſit ubique patientia, idem contemptus mortis: intelligere debuerant, aliquid in ea re eſſe rationis, quod non ſine cauſſa uſque ad mortem defendatur, aliquid fundamenti, ac ſoliditatis, quod eam religionem non tantum injuriis, ac vexatione non ſolvat, ſed augeat ſemper, & faciat firmiorem.

a *Unis, ac ſimilibus*. Al. *unitis, ac paribus*. Cicer. pro Flacco: *unis moribus*.

6

Nam & in hoc quoque malitia illorum convincitur, qui evertiſſe ſe funditus religionem Dei opinantur, ſi homines inquinaverint, quum & Deo ſatisfacere liceat, & nullus ſit tam malus Dei cultor, qui data fa-

facultate [a], ad placandum Deum non revertatur, & quidem davotione majori.

a *Qui data facultate.* Al. *quin data facultate.*

7

Peccati enim conſcientia, & metus pœnæ religioſiorem facit, & ſemper multo firmior eſt fides, quam reponit pœnitentia.

8

Si ergo ipſi, quum Deos ſibi arbitrantur iratos, tamen donis, & ſacrificiis, & odoribus placari eos credunt: quid eſt tandem cur Deum noſtrum tam immitem, tam implacabilem putent, ut videatur is iam Chriſtianus eſſe non poſſe, qui Diis eorum coactus, invituſque libaverit? niſi forte contaminatos [a] ſemel putant animos translaturos, ut ſua ſponte jam facere incipiant, quod per tormenta fecerunt.

a *Niſi forte contaminatos.* Al. *niſi ſi forte &c.*

9

Quis id officium libens obeat [a], quod ab in-

a *Quis id officium abeat.* Al. *quis officium &c.* Quę eſt lectio prava noſtri Cod.

injuria cœpit? Quis quum videat laterum ſuorum cicatrices [b], non magis oderit deos, propter quos externa pœnarum inſignia [c], & impreſſas viſceribus ſuis notas geſtet?

b *Laterum ſuorum cicatrices.* Per ungulam tortoris factas, heic Walchius, & Bunemannus exponunt; Sed non ex ungulis ſolumodo cicatrices in membris ſuis Martyres habuerunt; ſed ab innumeris tormentorum generibus, de quibus in Libro *de M.P.* agitur.

c *Externa pœnarum inſignia.* En Cicatrices elegantiſſima expoſitione declaratas. Sic cum Cellario hanc lectionem reſtituo, ubi Al. legunt *æterna*, id eſt, quæ durant per omnem hominis vitam, ut explicat Heum.

10

Ita fit, ut data divinitus pace [a], & qui fuerint averſi redeant [b]; & alius propter mira-

a *Ita fit, ut data divinitus pace.* Nondum quum hæc ſcribebat Lactantius, pax populo Dei per univerſum orbem erat reddita, ut ex iis, quæ ſequuntur, & præſertim Cap. xxi., conſtat; ſed innuit, quod etſi aliqui vi tormentorum defeciſſe viſi ſunt, gliſcente adhuc perſecutione; ea tamen quieſcente, vel ubique, vel ſaltem alicubi, ſtatim ii pœnitentes redire conſueverant ad veram Dei Eccleſiam, ut veniam ſincera pœnitentia impetrarent. Vide Tertullianum *de Pænit.* & S. Cyprian. *de Lapſis*.

b *Et qui fuerunt averſi redeant.* Sic cum Schotto ex

raculum virtutis, nouus populus accedat c.

ex Cæſarauguſtano Codice reſtitueram, ubi Bon., & Iſæus legnat: *fuerunt univerſi*; quum video lectionem noſtram confirmari ex 1.Colb. Codice Ms.,& ex quibuſdam editis, quos refert Langlet; niſi quod illi habent *fuerint* pro *fuerunt*; quod non mutandum cenſui ex eo, quod alii omnes nobiſcum conſtantiſſime legunt. Conjectaveram aliquando Tò *fuerunt* poſitum eſſe pro *fugerunt*, ſed Codicum authoritas deeſt.

c *Novus Populus accedat*. Verba hæc notanda ſunt pro explicatione obſcutiſſimæ ſententiæ Authoris noſtri in initio primi Capitis Libri *de M. P.*

11

Nam quum videat uulgus dilacerari homines variis tormentorum generibus, & inter fatigatos carnifices invictam tenere patientiam, exiſtimant, id quod res eſt, nec conſenſum tam multorum, nec perſeverantiam morientium vanam eſſe, nec ipſam patientiam ſine Deo cruciatus tantos poſſe ſuperare a,

a *Poſſe ſuperare* Aldus: *poſſe ſponte ſua ſuperare*.

12

Latrones, & robuſti corporis viri ejuſmodi lacerationes perferre nequeunt, exclamant,

mant, & gemitus edunt; vincuntur enim dolore, quia deeſt illis inſpirata patientia [a].

a *Inſpirata patientia*. Sic omnino legendum ex melioribus, ac ex Minutio Felice Cap. xxxiv. Ubi fere eadem habet. Niſi enim Deus ſuis auxiliis Martyribus opitularetur, vix aliquis ſuis viribus graviſſima poſſet tolerare tormenta.

13

Noſtri autem (ut de viris taceam) pueri, & mulierculæ, tortores ſuos taciti vincunt, & exprimere illis gemitum nec ignis poteſt.

14

Eant Romani & Mutio glorientur [a] aut Re-

a *Eant Romani & Mutio glorientur*. Ethnicis tunc Romanis quampluribus ſic, veluti, irridendo, Lactantius noſter inſultat, rem exemplis illuſtrando. Factum enim adducit Mutii Scevolæ Juvenis audaciſſimi, qui, quum in caſtra Porſenæ, Etruſcorum Regis, jamjam Urbis faucibus, Janihulo occupato, incubantis, ignotus irrepſiſſet, ſcribam purpuratum pro Rege obtruncavit, ac errore cognito, novo, inopinatoque facinore hoſtem deterruit; manum enim dexteram, in pœnam perpetrati erroris ardentibus prunis injecit dicens; ne credas te ſalvum, quum è mauu mea incolumem abire contigerit. Necem tuam trecenti juravimus, ac interea ex hac noſcere poteris actione, quem virum effugiſti.

Regulo [b]: quorum alter necandum ſe hoſtibus tradidit, quod captivum puduit vivere: alter ab hoſtibus deprehenſus, quum videret mortem ſe vitare non poſſe, manum foco injecit, ut pro facinore ſuo ſatisfaceret hoſti, quem voluit occidere, eaque pœna veniam, quam non meruerat, accepit.

b *Aut Regulo*. Is eſt fortiſſimus ille Romani exercitus in primo Bello punico Dux, qui, accepta clade prope Charthaginem, quam graviſſima obſidione cinxerat, vivus ab hoſtibus captus eſt, & Romam miſſus, ut pacem, ac captivorum commutationem Senatui perſuaderet; ſed contraria iis cenſuit, ac libenter rediit ad carcerem, in quo ex Tuberone hiſce modis excruciatus fuiſſe dicitur a Gellio L. VI. c. IV. *In atras, inquit, & profundiſſimas tenebras eum claudebant, ac diu poſt, ubi erat viſus Sol ardentiſſimus, repente educebant, & adverſus ictus Solis oppoſitum continebant, atque intendere in Cælum oculos cogebant. Palpebris quoque ejus, ne convenire poſſent, ſurſum, ac deorſum diductas inſuebant* &c.

15

Ecce ſexus infirmus [a], & fragilis ætas dilacerari ſe toto corpore, urique perpetitur [b], non neceſſitate, quia licet vitare, ſi vel-

a *Ecce ſexus infirmus*: Schottus: *ſexus fœmineus*.
b *Urique perpetitur*. Al. *utique perpetitur*.

velint [c] ; ſed voluntate, quia confidunt Deo [d].

---

c *Quia licet vitare ſi velint*. Al. cum Schotto *quæ licet vitare ſi vellent*.

d *Sed voluntate, quia confidunt Deo*. Hiſce verbis finem huic XIII. capiti imponunt Iſæus, & nonnulla Mſs., & edita typis exemplaria; quamvis alia cum Thomaſio ultra id protrahant.

CAP. XIV. Al. XIII.

1

HÆc eſt vera virtus [a] quam philoſophi quoque gloriabundi [b], non re, ſed verbis inanibus jactant, differentes, nihil eſſe tam congruens viri ſapientis gravitati, atque conſtantiæ, quam nullis terroribus [c], de ſententiæ, & propoſito [d] poſſe depelli: ſed tan-

---

a *Hæc eſt verà virtus*. Al. *Sed hæc* &c. Aldus legit nobiſcum.

b *Philoſophi gloriabundi*: Non ſolum ſtoici, ut quidam cum Betulejo putant; ſed etiam Epicurei, de quibus vide Lib. III. cap. XVII. ſeg. 5. & ſeq.

c *Terroribus*. Al. *tortoribus*. Al. *errorrbus*. Obviam hanc vocum variationem etiam alibi notavimus.

d *De ſententia, & propoſito*: Sic reſtituo hanc le-

tanti eſſe, cruciari, & mori [c], ne fidem prodat, ne ab officio diſcedat, ne metu mortis, aut dolore acerbo ſubactus, aliquid faciat injuſtum.

lectionem, quæ in aliis depravata eſt, ubi legunt: *de ſententiæ propoſito*.

c *Cruciari, & mori*: Sic etiam Aldus. Al. *& emori*.

2

Niſi forte delirare illis videtur Flaccus in Lyricis [a], quum dicit:

Juſtum, & tenacem propoſiti virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus inſtantis tyranni [b]
Mente quatit ſolida.

a *Flaccus in Lyricis*: I. E. Lib.III. Oda III. a ỽ.1.
b *Inſtantis Tyranni*. Bon. *infandi Tyrannorum*.

3

Quo nihil verius dici poteſt, ſi hoc ad eos referatur, qui nullos cruciatus, nullam mortem recuſant, ne a fide, juſtitiaque declinent, qui non tyrannicas juſſiones, non Præſidum gladios tremunt, quo minus veram, & ſolidam libertatem [a] conſtanti

 men-

a *Veram, & ſolidam libertatem*: Hanc ii ſoli poſſi-

mente defendant, quæ in hoc ſolo tuenda [b] ſapientia eſt.

poſſident, qui Chriſti religionem profitentur, per quam unice non ſolum a dæmonum, pravarumque cupiditatum captivitate liberantur; verum etiam a jugo veteris legis: docente Apoſtolo: *Non ſumus Ancillæ filii, ſed Liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberavit.*

b *Quæ in hoc ſolo tuenda* &c. Bon. *quam hi in hoc* &c. Al. *quo in hoc* &c. Al. *qua in hoc ſæculo tuenda* &c. Heum. hæc verba inter gloſſemata refert. Mihi depravatam lectionem obtrudunt non facile ſanandam; ſenſum tamen eſſe puto: Religionem veram etiam vitæ diſpendio tuendam eſſe, quoniam, ut ſæpe Lactantius docuit, hæc ſincera, & cæleſtis ſapientia eſt.

4

Quis enim tam inſolens, tam elatus eſt, qui me vetet oculos in cœlum tollere? quis imponat mihi neceſſitatem [a] vel colendi, quod nolim, vel quod velim, non colendi?

Quid

a *Quis imponat mihi neceſſitatem* &c. Cultus religioſus a voluntate procedit, quæ quum libera ſit, cogi poteſt a nemine. Iccirco ſi qui aliquando ſuſceptam veram religionem, quam poſtea abjeciſſe cognoſcitur, ad eam iterum profitendum compellitur, non vis voluntati illius infertur, ut credat; ſed ut impleat, quod

quod promiſit, ut id teneat, qupd ſemel ſuſcepit, & ne alios ſecum trahat in errores. Vide S. Thom. *Quæſt.* x. 2. *ſecundæ A. VIII.* Adverſus Athens tamen omniu jura clamant, quoniam Deum eſſe, & colendum eſſe, omnes ſanæ mentis homines ſemper, & ubique docuerunt. Vjde diſſ. xxvii. cap. i. ſ. ix.

5

Quid jam nobis ulterius reliquetur, ſi etiam hoc, quod voluntate fieri oportet, libido extorqueat aliena? Nemo iſtud efficiet, ſiquid nobis ad contemnendam mortem, doloremque virtutis eſt. Quam conſtantiam ſi tenemus, cur ſtulti judicamur, facientes ea, quæ philoſophi laudant [a]?

a *Facientes ea, quæ philoſophi laudant*. Repete, quæ ſegmento primo hujus capitis Noſter dixit, & noſce quam bene Ethnicos revincat in culpa atque in injuſtitia verſari.

6

Recte igitur Seneca [a], incongruentiam hominibus obiectans, ait: *Summa virtus il-*

 lis

a *Recte igitur Seneca*: Non occurrit locus iſte in iis, quæ ſuperſunt Senecæ operibus; videntur tamen deſumptus ex eodem libro, quem Tertullianus lau-

lis videtur magnus animus [b]. *Et iidem eum,* *qui* [c] *contemnit mortem, pro furioſo habent, quod eſt utique ſummæ pravitatis* [d].

laudat in Apologetico prope finem, ubi ait: *Multi apud vos ad tollerantiam doloris, & mortis hortantur, ut Cicero in Tuſculanis, ut Seneca in Fortuitis* &c. Erat autem inſcriptus: *de Fortuitis*: ſive: *de remediis fortuitorum ad Gallionem Fratrem*.

b *Summa virtus* &c. Schottus: *Summa Juſtitia*.

c *Et iidem eum, qui*: Bon. *& ideo*. Al. *& iidem illi eum*.

d *Summæ pravitatis*: Bon. *ſummæ rerum perverſitatis*. Al. *ſummæ perverſitatis*.

7

Sed ii vanarum religionum cultores, eadem ſtultitia id obiiciunt, qua verum Deum non intelligunt, quos Sibylla Erythræa κωφοὺς, & ἀνεσθή Τους [a] vocat, ſurdos ſcilicet, & excordes, qui nec audiant divina, nec ſentiant, ſed terram digitis ſuis imaginatam [b] metuant, & adorent. CAP.

a *Quos Sibylla Erythræa κωφούς, & ἀνεσθήους*: Bon. omiſſis duabus primis vocibus: *Erythræa χωφους ανεσθητους*. Extant hæc Sibyllæ verba in editione Carmin. Sibyll. Gallæana

b *Digitis ſuis imaginatam*: I. E. *in imaginem redactam*. Apud Gellium L. XVI. cap. XVIII. *imagino* active uſurpatum reperies; paſſive autem in *Gloſſar. Du Freſn.*

CAP. XV. Al. XIV.

1

QUæ vero [a] cauſſa ſit, ut eos, qui ſapientes ſunt, ſtultos putent, magna ratio eſt. Nec enim fruſtra falluntur. Quæ nobis diligenter eſt explicanda, ut errores ſuos tandem (ſi fieri poſſit) agnoſcant.

a *Quæ vero*. Bon. *quæ vera*. Apud aliquos uſque ad hæc verba cap. XIII. producitur; apud alios vero prothraitur uſque ad ſegmentum ſecundum Al. *quæ nunc*.

2

Juſtitia, ſuapte natura [a], ſpeciem quandam ſtultitiæ habet [b], quod ego & divinis, & humanis teſtimoniis confirmare poſſum. Sed nihil fortaſſe apud iſtos agemus, niſi eos de ſuis doceamus authoribus [c], non poſſe quemquam juſtum eſſe, quod eſt con-

a *ſuapte natura*, Bon. *ſt... en... atur*. Al. *ſua*;

b *Speciem quandam ſtultitiæ habet*. Vide ſupra ad lib. III. c. XXX. L. IV. c. II.

c *Niſi eos de ſuis doceamus authoribus*: *De pro ex*, quod ſæpe facit Lactantius, ut ad Sympoſii procemium fuſius oſtendemus.

junctum cum vera ſapientia, niſi idem ſtultus eſſe videatur.

3

Carneades, Academicæ ſectæ philoſophus [a], cujus in diſſerendo quæ vis fuerit, quæ eloquentia, quod acumen, qui neſcit, is ex prædicatione Ciceronis [b] intelliget, aut Lucilii, apud quem diſſerens Neptu-

a *Carneades, Academicæ ſectæ Philoſophus.* Bon. *Academiae Filoſofus.* Non Anaxarcæ diſcipulus ille, de quo Suidas mentionem facit, nec Poeta ille Epigrammaticus, a Laertio commemoratus; ſed Philoſophus genere nobilis, patria Cyrenæus, Egeſini auditor, ac in ſchola ſucceſſor, in qua ab Arceſila quartus dicitur a Cicerone. Is author fuit Academiæ, quam dixere mediam, docens, incomprehenſibiles eſſe res omnes, non quia id earum ferret natura, ut placuerat Arceſilao; ſed quia rebus in ſe ipſis remanentibus, quantum ad eſſentiam ſuam invariatis, phantaſmata ab iis, derivamus, quæ nobis, inſtar nunciorum mendacium, falſis imaginibus imponunt. Item docuit veris omnibus aliquid falſitatis eſſe admiſtum, illudque vero ſimile adeo eſſe, ut nulla certa recte judicandi, atque aſſeverandi ſuppetant argumenta, quibus verum quid ſit, percipi ullimode ſive ſenſu, ſive ratione poſſit. De Romano illius itinere, ac de ejus iu urbe mora, & actionibus mox cum Authore noſtro dicemus.

b *Is ex prædicatione Ciceronis.* Aldus, & Bon. *ipſum ex predicatione &c.*

ptunus de re difficillima, oſtendit non poſſe id explicari, nec ſi Carneadem [c] ipſum orcus remittat: Is, quum legatus ab Athenienſibus Romam miſſus eſſet [d], diſputavit de juſtitia copioſe [e], audiente Galba [f], & Ca-

c *Nec ſi Carnerdem*. Bon. *non Carneaden ſi* &c.

d *Is quum legatus . . . Romam miſſus eſſet.* Quum a Sicyonis authoritate Romani Senatus mulcta quingentorum talentorum dicta eſſet Athenienſibus, quod Oropum, Bœotiæ Urbem vaſtaſſent; ii graviorem, quam par eſſet, eam putantes, ad Senatum appellarunt, miſſis, tamquam Legatis, tribus Philoſophis, ſcilicet Diogene ex Porticu, Critolao ex Peripato, Carneade ex Academia, ut ex mulcta illa aliquid remitteretur: de qua legatione vide Ælian. V. I. III. C. LVII. Gell. L. VII. c. I. Macrob. *Saturn.* L. I. C. V.

e *Diſputavit de Juſtitia copioſe.* Quilibet ex iis ſeorſim, oſtentandi gratia, in celebrioribus Urbis Romanæ locis, magno virorum conventu de re aliqua diſſeruit, & potiſſimum Carneades violenta, ac rapida, ut fertur, facundia, de Juſtitia diſputavit.

f *Audiente Galba*. Scilicet Galba Sergius, vir Conſularis temporum ſuorum eloquentiſſimus, *quem* Svetonius in Galba, *Hiſpaniam ex pratura obtinennem xxx. Luſitanorum millibus perfidia trucidatis, Viriatini Belli cauſſam extiſſe*, traditum eſſe teſtatus eſt. Accuſatus ea de re a Catone, duos filios prætextatos amplexus fuiſſe dicitur, ac miſericordia abſolutus.

tone Cenſorio [g], maximis tunc oratoribus.

g *Et Catone Cenſorio*. De quo ſupra dictum eſt; neque heic aliud addendum putamus, niſi quod de admiratione Græcæ Athenienſium iſtorum Oratorum eruditionis rumore turbatus, metuens, ne ita nimium Romani juvenes eloquentiæ gloria abriperentur, ut eam gerendis negociis, ac militari diſciplinæ præferrent, jam pene decrepitus in Senatum deferri curavit, eidemque author fuit, ut quantocius de re, ob quam miſſi erant, decerneretur, & ex Urbe ablegarentur Græci Philoſophi; nam ab ipſis perſuaderi poſſe quicquid vellent, ſe cognoviſſe, graviter dicebat.

4

Sed idem diſputationem ſuam poſtride, contraria diſputatione ſubuertit, & juſtitiam, quam pridie laudaverat, ſuſtulit, non quidem philoſophi gravitate [a], cujus firma & ſtabilis [b] debet eſſe ſententia, ſed quaſi oratorio exercitii genere, in utranque partem differendi. Quod ille facere ſolebat [c], ut alios quodlibet aſſerentes [d] poſſet refutare. Eam

a *Non quidem Philoſophi gravitate*. Schottus: *non quidem id*.

b *Cujus firma, & ſtabilis*. Al. *cujus prudentia firma* &c.

c *Facere ſolebat*: Al. *faciebat*.

d *Quodlibet aſſerentes*. Aldus *quidlibet*. Al. *aſſerentes*.

5

Eam diſputationem, qua juſtitia evertitur, apud Cic. L. Furius [a] recordatur: credo, quoniam de Republica diſſerebat, ut defenſionem, laudationemque ejus induceret, ſine qua putabat regi non poſſe Rempublicam. Carneades autem, ut Ariſtotelem refelleret, ac Platonem, juſtitiæ patronos, prima illa diſputatione collegit ea omnia, quæ pro juſtitia dicebantur, ut poſſet illa, ſicut fecit, evertere.

a *Lucius Furius*: De eodem ad Caput XII. diximus, & Cicero non ſolum loco ibidem laudato, ſed etiam II. *de Oratore* loquitur, afferens, eundem ſæpe audiviſſe Corneadem. Item in libris *de Republica*, qui non ſuperſunt, in quibus Lucium Furium Philum fuiſſe ex ſimul loquentibus unum, patet ex Epiſt. XVI. L. IV. ad Atticum.

6

Erat enim faciIlimum, juſtitiam radices non habentem labefactare [a], quia tum

a *Radices non habentem labefactare*, *quia* &c. In Bonon. poſt non habentem legitur: *labentem*: Al. poſt *labefactare addunt*: *ut diceret inaniter laborari.* Al. *ut diceeret anbelantem*; Al. *anbelanter leborare*. Al. *labefactare*. Al. *labare*. Al. *labefactari*.

tum nulla in terra fuit, ut, quid eſſet, aut qualis, a philoſophis[b] cerneretur.

b *Qualis a Philoſophis cerneretur*. Al. *diceretur*.

7

Atque utinam tot, ac tales viri quantum eloquentiæ, quantum animi [a], tantum ſcientiæ ad implendam defenſionem ſummæ virtutis habuiſſent, cujus origo in religione, ratio in æquitate eſt [b]. Sed ii, qui primam illam partem neſcierunt, ne ſecundam quidem tenere potuerunt.

a *Quantum animi*. Aldus: *quantumque animi*.
b *Cujus origo in Religione, ratio in æquitate eſt*. Quum Deus ſit rerum omnium Dominus, rector, ac opifex, utique a Religione, que ejus cultum pro objecto habet, originem trahere debet juſtitia, quam heic illuſtrandam Lactantius aſſumit; quamvis ejus eſſentia in æquitate ſita ſit.

8

Volo autem prius [a] circunſcriptè, ac breviter, quid ſit, oſtendere, ut intelligatur, philoſophos ignoraſſe juſtitiam, nec id, quod minime noverant, potuiſſe defendere. Ju-

a *Volo autem prius* Bon. ultimam vocem non habet.

9

Juſtitia quamvis omnes ſimul virtutes amplectatur [a], tamen duæ ſunt omnium principales, quæ ab illa divelli, ſeparari- que non poſſunt, pietas, & æquitas [b]. Nam fides, temperantia, probitas, innocentia, integritas, & cætera hujuſmodi, vel natura, vel inſtitutis parentum, poſſunt eſſe in iis

a *Juſtitia, quamvis omnes ſimul virtutes amplectatur*. Sic Matth. v. ℣. 6. *Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam*: & Matt. VI. ℣. 1. *Attendite ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus*. De qua Lactantius ſæpe in ſuperioribus egit.

b *Tamen duæ ſunt omnium principales ... pietas, & æquitas*. Heum. legit *principes*; quod quidem elegantius eſt; ſed neque manu exarata, nec edita exemplaria ſic legunt. Ideo autem pietatem, & æquitatem a juſtitia avelli non poſſe heic dicit Lactantius, quia utraque, quamvis diverſa ratione, ejus naturam participant; ita tamen, ut in neutra tota reperiatur juſtitiæ eſſentia, quæ explicatur per hoc, *quod alteri reddat, quod ei debetur ſecundum æqualitatem*. Pietas enim Deo, & parentibus, & Patriæ, debitum reddit, ſed non ad æqualitatem; æquitas vero æqualitatem ſervat, ſed debitam portionem non niſi a juſtitia diſcit; ergo ita connexæ ſunt, ut divelli nequeant, quum vere partes ejus ſint, quæ totum ſejunctim non adæquent.

iis hominibus [c], qui juſtitiam neſciunt, ſicuti ſemper fuerunt.

c *Poſſunt eſſe in iis hominibus.* Al. *poſſunt ineſſe iiſdem hominibus.*

10

Nam Romani veteres, qui juſtitia gloriari ſolebant [a], iis utique virtutibus gloriabantur, quæ (ut dixi) proficiſci a juſtitia poſſunt, & ab ipſo fonte ſecerni. Pietas vero, & æquitas, quaſi venæ ſunt ejus: his enim duobus fontibus conſtat tota juſtitia. Sed caput ejus, & origo in illo primo eſt, in ſecundo vis omnis, ac ratio.

a *Qui juſtitia gloriari ſolebant*. Reſpicit heic Lactantius ad Catonis ſententiam, quam refert S. Auguſtinus L. v. de Civit. Dei c. xii. *Nolite* inquit, *exiſtimare, majores noſtros armis Rempublicam ex parva magnam feciſſe. Si ita eſſet multo pulcherrtmam eam nos haberemns.* &c. *Sed alia fuere, quæ illos magnos fecerunt, quæ nobis nulla ſunt: Domi induſtria, foris juſtum Imperium.*

11

Pietas autem nihil aliud eſt, quam Dei notio [a], ſicut Triſmegiſtus veriſſime definivit, ut alio loco diximus. Si

a *Pietas autem nihil aliud eſt, quam Dei notio.* Vi-

Vide L. II. cap. XVI. ſeg. 6. Heic tamen interea nota, quod etſi Pietas ea dicatur virtus, quæ Parentum cognitionem, cultum, ſubjectionem, amoremque reſpicit; attamen Deus etiam intra latitudinem ſui objecti, quodammodo continetur ſub ratione primi, ac ſummi parentis, ad illud Malach. I. ℣. 6. *Si ergo Pater ego ſum ubi eſt honor meus?* Et ideo Lactantius Juſtitiæ, ac pietatis originem a Religione pendere, ſapientiſſime dixit.

12

Si ergo pietas eſt, cognoſcere Deum, cujus cognitionis hæc ſumma eſt, ut eum colas: ignorat utique juſtitiam, qui religionem Dei non tenet. Quomodo enim poteſt eam ipſam noſſe, qui unde oriatur ignorat [a]?

a *Eam ipſam noſſe, qui unde oriatur ignorat*. Sic etiam Aldus. Tò *ipſam* a plurimis abeſt, ſed neceſſario apponenda eſt, ut de Juſtitia, quatenus Religionem, & Pietatem complectitur, ſermonem inſtitutam fuiſſe, ac jugiter continuari facilius intelligatur.

13

Plato quidem multa de uno Deo locutus eſt, a quo ait conſtitutum eſſe mundum [a]: ſed nihil de religione. Somniaverat enim,

a *Conſtitutum eſſe mundum*. Vide Lib. IV. c. IV. Seg. 6.

enim Deum, non cognoverat. Quod ſi juſtitiæ [b] defenſionem vel ipſe, vel quilibet alius implere voluiſſet, in primis religiones deorum evertere debuit, quia contrariæ ſunt pietati.

b *Quod ſi juſtitia &c.* Bon. *quia ſi &c.* Alduus. *Quin ſi.*

14

Quod quidem Socrates, quia fecere tentavit, in carcerem conjectus eſt [a], ut jam tunc appareret, quid eſſet futurum hominibus [b], qui juſtitiam veram defendere, Deoque ſingulari ſervire cœpiſſent.

a *In Carcerem conjectus eſt.* Vide Lib. II. cap. III. Seg. V.

b *Hominibus.* Aldus, & Bon. ſic legunt. Al. *iis hominibus.*

15

Altera igitur juſtitiæ pars eſt æquitas [a]; æquitatem dico non utique bene judicandi, quod & ipſum laudabile eſt in homine juſto, ſed ſe cum cæteris coæquandi, quam Cic. æquabilitatem vocat [b].

Deum

a *Altera eſt juſtitia pars æquitas.* Al. *Altera eſt æquitas.* Al. *Altera igitur pars eſt.*

b *Quam Cicero æquabilitatem vocat.* Al. *æqualitatem.* Vide L. I. *de Offic.* & L. III. *de Oratore.*

16

Deus enim, qui homines generat, & inſpirat [a], omnes æquos, id eſt [b], pares eſſe voluit, eandem conditionem vivendi omnibus poſuit, omnes ad ſapientiam genuit, omnibus immortalitatem ſpopondit. nemo a beneficiis ejus cœleſtibus ſegregatur.

a *Et generat, & inſpirat*. Primum & ex noſtro Cod. reſtituimus. Tò *inſpirat* ſtat heic pro *Animam*, ſeu *ſpiritum infundit*. Sap. xv. ℣. xi. *Qui inſpiravit illi animam*.

b *Omnes æquos, id eſt pares, eſſe volvit*. Natura ſcilicet, & productione. Ideo Boetius *de Conſol.* L.III. metro VI. a verſ. 1.

Omne humanum genus in terris
Simili ſurgit ab ortu,
Vnus enim rerum Pater eſt;
Vnus cuncta miniſtrat.

17

Nam ſicut omnibus unicum ſuum lumen [a] æqualiter dividit, emittit omnibus fontes, victum ſubminiſtrat, quietem ſomni dul-

a *Vnicum ſuum lumen*. Id eſt ſolis, ſecundum ea quæ dixit L. II. cap. v. & cap.9. & Matth.v. verſ.45. *Vt ſitis filii Patris veſtri, qui in Cœlis eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper juſtos, & injuſtos*. Bon. *unicum ſuum Numen*.

dulciſſimam tribuit: ſic omnibus æquitatem, virtutemque largitur. Nemo apud eum ſervus eſt, nemo dominus [b]. Si enim cunctis idem pater eſt, æquo jure omnes liberi ſumus [c].

Ne-

b *Nemo apud eum ſervus, nemo Dominus*. Libertas enim a naturæ humanæ juribus deſcendit; ſervitus autem, & Dominium ab ipſius naturæ depravatione; iccirco enim mulieri, quæ primum hominem ad prævaricandum pellexit a Domino dictum eſt: *ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui*. Gen. III. verſ. 16. quam legem in populo Dei ſervatam novimus, docente Apoſtolo ad Galat. v. verſ. 22. *Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino*. Non autem apud Gentes; nam teſte Diodoro Sicul. apud Ægyptios mulieres majorem obtinebant, quam viri, poteſtatem, L. I. cap. II. Hinc primum in familiam, poſtmodum in gentem, mox in Societatem, inde in Civitates, atque in populos, dominia, ſervitutes, & Gentium jura paullatim proceſſerunt, Vide Diſs. XXVIII. cap. III. §. 1.

c *Æquo jure liberi ſumus*. Libertate, qua Chriſtus nos donavit, qui *Primogenitus in multis fratribus*: *Scitis*, inquit Matth. xx. verſ. 25. *Quia principes gentium dominantur eorum, & qui majores ſunt poteſtatem exerceant in eos. Non ita erit inter vos &c.* Unde egregie Auguſtinus L. XIX. de Civ. Dei cap. XIV. de Principibus Chriſtianis ait: *Etiam qui imperant ſerviunt eis, quibus videntur imperare: Nec enim dominandi cupiditate imperant; ſed officio conſulen-*

lendi; nec principandi ſuperbia, ſed providendi miſericordia.

18

Nemo Deo pauper eſt, niſi qui juſtitia indiget: nemo dives, niſi qui virtutibus plenus eſt, nemo denique egregius [a], niſi qui bonus, & innocens fuerit: nemo clariſſimus, niſi qui opera miſericordiæ largiter fecerit: nemo perfectiſſimus, niſi qui omnes gradus virtutis impleverit.

a *Nemo denique egregius... Clariſſimus... Perfectiſſimus &c.* His plurimas addere poſſemus ſplendidos titulos: quibus Rectores, ac Præſides, Reipublicæque, ac Regum adminiſtri decorabantur, ut ad Lib. *de M. P.* fuſius dicturi ſumus. Heic tamen adultam jam temporibus hiſce noſtris Rempublicam intueri licet horum titulorum liberaliſſimam.

.... velis tantum, & peream niſi forte ſecundus

Doctorum in regno fieri merearis, & Archon.

Nuper inquit Sectani filius Sat. v.

19

Quare neque Romani, neque Græci juſtitiam tenere potuerunt, quia diſpares [a]

M mul-

a *Quia diſpares &c.* Non ita erraſſe intelligendum eſt,

multis gradibus homines habuerunt, a pauperibus ad divites, ab humilibus ad potentes denique uſque ad regum ſublimiſſimas poteſtates.

eſt Lactantium, ut obeſſe ab eo dicatur juſtitiæ hominum in Republica Chriſtiana diſparitas, & gradus diverſitas, quæ utique ſemper fuit in Civitatibus bene moratis. Id vero in Ethnicis tam Græcis, quam Latinis heic, tamquam injuſtum, a Lactantio reprehenditur, quod officia humanitati communiter debita, ab iis denegabantur, qui vi, & metu homines liberos ſibi ſervos, & vectigales conſtituebant: Vide dicta ad priora Capita hujuſce libri, & Diſs. XXVIII. Cap. I. §, IV.

20

Vbi enim non ſunt univerſi pares, æquitas non eſt & excludit inæqualitas ipſa juſtitiam [a], cujus vis omnis in eo eſt, ut pares faciat eos, qui ad hujus vitæ conditionem pari ſorte venerunt.

CAP

a *Excludit inæqualitas ipſa juſtitiam*. Al. *ipſam juſtitiam*. Inequalitas, quæ juſtitiam excludit, illa eſt, quæ ſibi uſurpat, ut major fiat, quod ignuria ab alio ablatum, illum reddit minorem; vel tanti non æſtimat aliquem, quanti revera is eſt faciendus, ut plurimi ipſe habeatur:

CAP. XVI. Al. XV.

§ 1 §

DUobus igitur illis juſtitiæ fontibus [a] immutatis, omnis virtus, & omnis veritas tollitur, & ipſa juſtitia remigrat in cælum. Ideo non eſt verum, illud bonum a philoſophis repertum, quia ignorabant vel unde oriretur, vel quid efficeret: quod nullis aliis, præterquam noſtro populo, revelatum eſt.

---

a *Duobus igitur illis juſtiiiæ fontibus*. I. E. *Pietas*, & *æquitas*.

§ 2 §

Dicet aliquis: Nonne ſunt apud vos alii pauperes, alii divites, alii ſervi, alii domini? Nonne aliquid inter ſingulos intereſt? Nihil. Nec alia cauſſa eſt, cur nobis invicem fratrum nomen impertiamur [a], niſi quia pares eſſe nos credimus.

M 2 Nam

---

a *Fratrum nomen impertiamus*. De mutua fratrum appellatione inter antiquos fideles uſitata in omnibus Eccleſiaſticis Hiſtoricis, atque ſcriptoribus obvia

via ſunt exempla, præcipue apud eos, qui Apologias ſcripſerunt contra Gentes morem hunc eis exprobrantes. Vide infra ad cap. xxii., & L.vi. c.10. & in Epit. c. i., & lxii. & Gottofr. Arnold. in peculiari diſſ. *de Fratrum Appellatione*.

3

Nam quum omnia humana non corpore, ſed ſpiritu metiamur, tametſi corporum ſit diverſa conditio [a], nobis tamen ſervi non ſunt, ſed eos & habemus et dicimus ſpiritu fratres, religione conſervos.

a *Tametſi corporum ſit diverſa conditio*. Manifeſtum eſſe putat Heum. heic legi debere non *corporum*, ſed *ſervorum*. At notat Bunem. ex Græcis, Latiniſque ICtis ſervos vocari σώματα, id eſt corpora, ut docuere Caſaubonus ad Athen. L.v.c.10. & Gataker. de N. *Inſtrum. ſtylo* c. x.

4

Divitiæ quoque non faciunt inſignes, niſi quos poſſunt [a] bonis operibus facere clariores. Divites ſunr enim, non qui divitias habent [b], ſed qui utuntur illis ad opera juſtitiæ

a *Niſi quos poſſunt* &c. Aldus: *niſi quod* &c.
b *Non qui divitias habent*; *ſed qui*. Al. *non quia*. Al. *ſed quia* &c.

ſtitiæ. Et qui pauperes videntur, eo tamen divites ſunt, quia & non egent, & nihil concupiſcunt [c].

c *Quia & non egent, & nihil concupiſcunt*. Al. *qui & non egent*. Walch. *quia egent, & concupiſcunt nihil* Heum. *quia etſi egent, coucupiſcunt nihil*.

5

Quum igitur & liberi ſervis, & divites pauperibus, humilitate animi [a] pares ſimus, apud Deum autem [b] virtute diſcernimur. Et tanto quiſque ſublimior eſt, quanto juſtior.

a *Humilitate animi*. Prima vox in hoc ſenſu virtutem illam deſignat, quam Chriſtus Dominus primus docuit; apud Ethnicos *ignobilitatem*, *depreſſionem*, ac altitudinis contrarium ſignificabat. Secundam aliqui delent.

b *Apud Deum autem*. Al. *tamen*. Al. *enim*.

6

Si enim juſtitia eſt, parem ſe etiam minoribus facere, quanquam hoc ipſo præcellat, quod ſe inferioribus coæquavit: tamen ſi non tantum quaſi parem, ſed etiam quaſi minorem ſe geſſerit, utique multo altio-

tiorem dignitatis gradum [a], Deo judice, conſequetur.

a *Altiorem gradum*. Al. addunt: *ſemper*. Vide infra ſeg: 9.

7

Nam profecto in hac vita ſæculari, quoniam brevia, & caduca [a] ſunt omnia, & præferunt ſe alteris [b] homines, &de dignitate contendunt, quo nihil fœdius, nihil arrogantius, & nihil a ſapientiæ ratione ſemotius [c]. Rebus enim cœleſtibus contraria ſunt iſta univerſa terrena.

a *Quoniam brevia, & caduca* &c. In hac perioca mendum latet ut viderunt Heum. qui legere mallet, *quamquam*, & Bunem. qui legendum olim putaverat *in qua tamen*.

b *Et præferunt ſe alteris*. Bon. *ſe litteris*. Sic legunt quamplurimi.

c *Semotius*. Bon. & Aldus. *Submotius*. Walchius *remotius*; Al. *a ſapientis ratione diſtantius*.

8

Sicut enim ſapientia hominum ſumma ſtultitia eſt apud Deum, ſtultitia (ut docui) ſumma ſapientia eſt [a]: ſic Deo humilis,

a *Stultitia (ut docui) ſumma ſapientia eſt*. Al. *ſtultitia autem*. Bon. Tò *ſumma* non habet.

lis, & abiectus eſt qui fuerit conſpicuus, & ſublimis in terra.

§ 9 §

Nam, ut taceam, quod hæc præſentia terræ bona, quibus magnus honos tribuitur, virtuti contraria ſunt, & vigorem mentis enervant: quæ tandem poteſt firma eſſe[a] nobilitas, quæ opes, quæ potentia, quum poſſit Deus reges quoque ipſos, inferiores etiam infimis facere? Et ideo conſulens nobis Deus, inter divina præcepta illud præcipue poſuit: *Qui ſe extollit, humiliabitur: & qui ſe humiliat*[b], *exaltabitur*.

---

a *Firma eſſe*: Schottus: *ſumma eſſe*.
b *Qui ſe humiliat* &c. Luc. XIV. ℣. 11.

§ 10 §

Cujus præcepti ſalubritas docet, quod qui ſe apud homines planum fecerit[a], humilemque præbuerit, hic apud Deum præcellens, & inſignis habeatur.

---

a *Planum fecerit*. Reſpecit ad Luc. III. ℣. 5. vide infra ad cap. XXIII. ſeg. 9.

II

Neque enim [a] falſa eſt illa ſententia, quæ apud Euripidem [b] fertur in hunc modum: *Quæ heic mala putantur, hæc ſunt in cælo bona.*

a *Neque enim*. Al. *nec enim*. Al. *neminem*.

b *Apud Euripidem*. De quo Gellius L. xv. c. xx. ait ex Theopompo, matrem ejus olera vendendo victum quæſiviſſe. In Eluſinio, ac Theſeio certamine victor coronatus, ad excolendi animi ſtudium ingreſſus, auditor fuit Phiſici Anaxagoræ, Rhetoris Prodici, ac Moralis Socratis. Tragædias ſcribere annos natus duodeviginti adorſus eſt, quarum etſi, Varrone teſte, numerus eſſet quinque, & ſeptuaginta, tamen pleraque pars earum jamdiu periere, in quibus & iſte verſus eſſe debuit, quem heic recitat Lactantius. Si plura de eo cupis, vide apud Gellium L. laudato, & apud Fabricium in Bibl. Græca, & Diſs. XL. Cap. III. §. III.

CAP. XVII. Al. XVI.

I

Expoſui cauſſam [a], cur philoſophi nec invenire juſtitiam, nec defendere potuerunt. Nunc redeo ad id, quod intenderam. Car-

a *Expoſui cauſſam &c.* Betulejus, qui videre non po-

potuit Lactantii Epitomen pene integram, ſæculo noſtro ex unico Taurinenſi Codice a Pfaffio in lucem editam, ſapienter monet, ut Fragmentum, quod hoc loco incipiebat, ſtudioſus Tyro cum ipſo opere diligenter conferret. Hoc idem majori commoditate, ac utilitate uberiori, ut faciant nunc Juvenes noſtri, iterum iterumque moneo. Sic enim ipſi diſcere poterunt, quomodo eadem res bene dici poſſit breviter ſimul, ac copioſe. Nec aliis lectio illius erit inutilis; nam quæ ob eloqcentiæ ornatum involuta in ſeptem libris videri poterant, heic nuda, & ſincera decurrunt.

2

Carneades ergo, quoniam erant infirma, quæ a philoſophis afferebantur [a], ſumpſit audaciam refellendi: quia refelli poſſe [b] intellexit. Ejus diſputationis ſumma hæc fuit.

Ju-

a *Quæ a Philoſophis afferebantur*. Al: cum Schotto. *Aſſerebantur*. Al. *afderebantur*.

b *Refellendi*, *quia refelli poſſe*. Bon. *fefellendi*. Gallæus in Ms. Junii hæc, quæ ſequuntur, & ab aliis omnibus abſunt, ſe reperiſſe teſtatur. *Volens aliud eſſe jus civile, aliud naturale. Civile jus dici, civilem ſapientiam, & natueale ſine ſapientia fieri; ac ſic utrumque nullum fore*. Quæ gloſſema continent manifeſtum.

§ 3 §

Jura ſibi homines[a] *pro utilitate ſanxiſſe, ſcilicet varia pro moribus, & apud eoſdem pro temporibus ſæpe mutata ; jus autem naturale eſſe nullum . Omnes & homines , & alias animantes ad utilitates ſuas, natura ducente ferri , proinde autem nullam eſſe juſtitiam*[b]*: aut, ſi ſit aliqua, ſummam eſſe ſtultitiam , quoniam ſibi noceret , alienis commodis conſulens* , & inferebat hæc argumenta .

a *Jura ſibi homines &c.* Apud Cicer. in fragm. L. III. *de Repub.* De hocce argumento agunt Grotius *de Jure Belli & Pacis* in Prologomen. Pufendorf. L. II. cap. III. §. XI. *de Jure Naturæ , & Gent.* , & utrobique Barbeyracius , & Heineccius ; Hobbius *de Cive* , & noſter Gravina *de Origine Juris* ; ſed varia tradunt , & inter ſe oppoſita , de quibus agimus in diſſ. XXVIII. cap. III. §. V.

b *Proinde aut nullam eſſe juſtitiam .* Thraſimachus apud Platon. Lib. I. *de Republ* hoc eodem utitur argumento, quod tamen alii ſecum loquentes refutarunt .

§ 4 §

Omnibus populis , qui florerent[a] *impe-*

a *Florerent :* Bon. *flos erat .*

perio , & Romanis quoque ipſis , qui totius orbis potirentur [b] *, ſi juſti velint eſſe , hoc eſt , ſi aliena reſtituant , ad caſas eſſe redeundum* [c], *& in egeſtate* [d], *ac miſeriis jacendum .*

Tum

b *Qui totius orbis potirentur* . Al. addunt *dominio*. Al. *Domino*. Al. *Domini*. Schottus; *qui potius orbis* &c.

c *Ad Caſas eſſe redeundum* . Al. *ad Cauſſas*: Ubi Walchius hanc explicationem addit: Unde primum bona iſta *provenerint* . Bunem. *pronum eſſe* , ait, *corrigere* : *ad Caulas* ; *unde ut Paſtores venerant* . At correctione nulla eget lectio noſtra , quum in melioribus tam Ciceronis, quam Lactantii libris *ad Caſas* conſtantiſſime legatur; & falſum eſt, quod in Taurinenſi codice *ad Cauſſas* ſit ſcriptum , ut putavit Bunem. Quamvis enim Pfaffius ſic ediderit, eum tamen correxit Daviſius, nobiſcum legens: pro qua ad codicem ipſum iterum, iterumque a nobis collatum provocamus. Senſus autem obvius eſt , & planiſſimus; nam *Caſas* heic prima Romanorum Mapalia ſignificare ex Valer. Maximo facile poteſt intelligi, qui eodem vocabulo utitur quum L. IV. c. IV. in fine: *Per Romuli Caſam* jurat; ad quam certe redeundum erat, ſi veteres Romani reſtituere voluiſſent, quod armorum vi occupaverant. Nam in *Romulæo Aſylo*, ut inquit Auguſtinus L. V. *de Civ. Dei* cap. XVII., *quo multitudinem , qua illa civitas conderetur, quorumlibet delictorum congregavit impunitas*. Adde Tertull. Apolog. cap. XXV.

d *In egeſtate* . Al. *neceſſitate* .

5

Tum omiſſis [a] communibus ad propria veniebat. *Bonus vir* [b], inquit, *ſi habeat ſervum fugitivum, vel domum inſalubrem, ac peſtilentem; quæ vitia ſolus ſciat, & ideo proſcribat* [c], *ut vendat, utrum ne profitebitur, fugitivum ſeruum* [d], *vel peſtilentem domum ſe vendere, an celabit emptorem?*

---

a *Tum omiſſis*. Bon. *quum omiſſis*.

b *Bonus vir* &c. Vide Cicer. L. III. *de off.* c. III.

c *Et ideo proſcribat* &c, Scilicet præ foribus ſcribat, venalem eſſe, ut nunc facimus, quum domus *eſt locanda*, quod per ſcriptam tabellam indicamus. Al. *præſcribat* eodem ſenſu.

d *Fugitivum ſervum vel* &c. Bon. *fugitivum vel* &c. Aldus etiam ſic legit.

6

Si profitebitur emptori, bonus quidem [a], *quia non fallet, ſed etiam ſtultus judicabitur, quia vel parvo vendet, vel omnino non vendet. Si celaverit, erit quidem ſapiens, quia*

---

a *Si profitebitur bonus quidem*. Al. interponunt; *emptorum fugitivi eſſe ſervum*, quæ verba redundant. Aldus nobiſcum legit, & Schottus.

quia ſibi conſulet b *, ſed idem malus , quia fallet .*

b *Sibi conſulet .* Al. *rei conſulet .* Aldus noſtram præponit lectionem .

7

Rurſus , ſi reperit aliquem , qui aurichalcum ſe putet vendere , quum ſit illud aurum : aut plumbum , quum ſit argentum , tacebit ne , ut id parvo emat , an id indicabit a *, ut magno ? Stultum plane videtur , emere malle magno .*

a *An id indicabit :* Al. *aut indicabit .* Al. *an indicabit .*

8

Unde intelligi volebat , & eum , qui ſit juſtus, ac bonus , ſtultum eſſe : & eum , qui ſapiens , malum . Et tamen ſine pernicie confieri poſſe a, ut ſint homines paupertate contenti . Tran-

a *Et tamen ſine pernicie &c. contenti .* Hæc omnia Heumanno ſunt pro gloſſemate habenda : nobis autem genuina , quoniam a nullo , ex iis , quæ vidimus , abſunt exemplari : ſola varietas eſt in eo , quod ubi nos legimus cum Schotto , aliiſque : *fieri poteſt* : Bon. , & Al. legunt *poſſe* .

9

Tranſcendebat[a] ergo ad majora, in quibus nemo poſſet ſine periculo vitæ juſtus eſſe. Dicebat enim: *Nempe juſtitia eſt, hominem non occidere, alienum prorſus non attingere.*

a *Tranſcendebat*. Al. *Tranſibat*; ut mallet Schottus. Al. *Tranſibat*.

10

Quid ergo juſtus faciet, ſi forte naufragium fecit, & aliquis imbecillior viribus, tabulam ceperit? Nonne illum a tabula deturbabit, ut ipſe conſcendat, eaque nixus evadat? maxime quum ſit nullus[a] medio mari teſtis? Si ſapiens eſt, faciet: ipſi enim pereundum eſt, niſi fecerit. Si autem mori maluerit quam manus inferre alteri, jam juſtus ille, ſed ſtultus eſt[b], qui vitæ ſuæ non parcat, dum parcit alienæ[c]. Item

a *Quum ſit nullus*. Schottus: *nullius*.
b *Jam vero juſtus ille, ſed ſtultus eſt*. Sic reſtituit Iſæus, ubi alii cum Bon. legabant: *jam non juſtus ille eſt; ſed ſtultus*. Al. *jam non juſtus eſt* &c. quæ lectio ſententiæ repugnat, ut ex ſequentibus patet.
c *Dum parcit alienæ*. Al. *dum compatitur*.

11

Item, ſi acie ſuorum fuſa, hoſtes inſequi cœperint, & juſtus ille nactus fuerit[a] *aliquem ſaucium equo inſidentem: ei ne parcet, ut ipſe occidatur, an dejiciet ex equo, ut ipſe poſſit hoſtem effugere? Quod ſi fecerit, ſapiens, ſed idem malus, ſi non fecerit, juſtus, ſed idem ſtultus ſit, neceſſe eſt.*

a *Nactus fuerit*. Bon. *nanctus* &c.

12

Ita ergo juſtitiam quum in duas partes diviſiſſet, alteram ciuilem eſſe dicens, altrram naturalem, utranque ſubvertit: quod illa ciuilis, ſapientia ſit quidem, ſed juſtitia non ſit. Naturalis autem illa juſtitia ſit quidem; ſed non ſit ſapientia.

2 *Diviſiſſet*. Aldus *dimiſiſſet*.

13

Arguta hæc plane, ac venenata[a] ſunt, & quæ

a *Venenata*. Utpote quæ nocent: quemadmodum Lib. III. c. XIV. Ciceronis orationes adverſus Antonium pariter *venenatas* appellavit, quia animos, ac

& quæ M. Tullius non potuit refellere. Nam quum faciat Lælium Furio reſpondentem, proque juſtitia dicentem; irrefutata [b] hæc, tanquam foveam, prætergreſſus eſt: ut videatur idem Lælius non naturalem, quæ in crimen ſtultitiæ venerat, ſed illam civilem defendiſſe juſtitiam, quam Furius ſapientiam quidem eſſe conceſſerat [c], ſed iujuſtam.

ac vulgares mentes erroribus a rectitudinis tramite deturbant.

b *Irrefutata*: Vox nova, Waichio, & Bunem. judicibus.

c *Conceſſerat*. Schottus: *conſenſerat*.

CAP. XVIII. Al. XVII

I

QUod ad præſentem diſputationem pertinebat, oſtendi, quomodo juſtitia ſimilitudinem ſtultitiæ gerat, ut appareat, non ſine cauſſa [a] decipi eos, qui putant noſtræ religionis homines ſtultos eſſe: qui talia facere videantur, qualia ille propoſuit.

Nunc

a *Non ſine cauſſa*: I. E. non ſine apparenti, licet falſa, ratione, quæ ex populari judicio deprompta eſt; & perperam a quibuſdam politicis adoptata, ut ſuo loco diximus.

2

Nunc majus a me exigi ſentio, ut oſtendam, quare juſtitiam Deus, ſtultitiæ ſpecie convolutam, ex oculis hominum voluerit auferre; ſi prius Furio reſpondero: quia parum plene reſpondit Lælius, qui profecto licet ſapiens fuerit [a], ut vocabatur, patrocinari tamen veræ juſtitiæ nullo modo poterat, quia caput ipſum, fontemque juſtitiæ non tenebat.

---

a *Lælius : qui profecto licet ſapiens fuerit*. Sapientem eum ſæpe appellat Cicero Lib. II. *de finibus* L. III. *de officiis*; ac præcipue Lib. *de Amicitia*, quem de illius nomine inſcripſit. Hunc Fannius, & Scevola ſocerum habuerunt, eumque non ſolum ſtudio, & doctrina; ſed etiam natura, & moribus virum fuiſſe dicunt laude digniſſimum.

3

Nobis autem facilior eſt iſta defenſio, quibus cæleſti beneficio familiaris eſt, ac penitus nota juſtitia, quique illam non nomine [a], ſed re novimus.

N Nam

---

a *Quique illam ... novimus*. Al. *qui illam*. Schottus. *volumus*. Aldus legit nobiſcum.

4

Nam Plato, & Ariſtoteles honeſta quidem voluntate juſtitiam defendere cupierunt, effeciſſentque aliquid [a] ſi conatus eorum bonos, ſi eloquentiam, ſi virtutem ingenii [b], divinarum quoque rerum doctrina juviſſet.

---

a *Effeciſſentque aliquid*: Sic omnes, ſolus Bon. *feciſſentque*.
b *Virtutem ingenii*. Al. interponunt. *animi*, & cum Aldo ex cod. Longob. Bon.

5

Itaque opus illorum inane, atque inutile jacuit: nec cuiquam hominum perſuadere potuerunt, ut eorum præſcripto viveret [a]: quia fundamentum a cælo diſciplina illa non habuit.

---

a *Ut eorum præſcripto viverent*. Al. *proſcripto*. Bon. *præſcribto*.

6

Noſtrum opus certius ſit neceſſe eſt, quod Deus docuit. Illi enim depingebant verbis, & imaginabantur juſtitiam, quæ in conſpectu non erat, nec præſentibus exemlis

lis confirmare poterant, quæ afferebant.

7

Reſponderi enim poſſet ab audientibus, non poſſe ita vivi, ſicut illi ſua diſputatione præſcriberent, adeo [a] ut nulli adhuc extiterint, qui id genus vitæ ſequerentur.

---

a *Adeo ut nulli adhuc extiterint*: Bon. *adeo nulli adhuc extiterunt*.

8

Nos autem [a] non verbis modo, ſed etiam exemplis ex vero petitis, vera eſſe, quæ a nobis dicuntur, oſtendimus.

---

a *Nos autem*. Al. *Nos vero*.

9

Senſit igitur Carneades, quæ ſit natura [a] juſtitiæ, niſi quod parum alte proſpexit, ſtultitiam non eſſe: quanquam [b] intelligere mihi videor, qua mente id fecerit. Non enim

---

a *Quæ ſit natura*: Schottus: *quod ſit natura*.
b *Proſpexit, ſtultitiam non eſſe: quamquam*: Bon. *reſpexit, ſtultitia non eſt, quam* &c. Schottus: *perſpexit*. Aldus *perſpexerit*.

enim vere exiſtimavit, eum ſtultum eſſe, qui juſtus eſt: ſed quum ſciret [c], non eſſe, & rationem tamen [d], cur ita videretur, non comprehenderet, voluit oſtendere, latere [e] in abdito veritatem, ut decretum diſciplinæ ſuæ tueretur: cujus ſumma ſententia eſt, nihil percipi poſſe.

---

c *Non enim vere exiſtimavit, eum ſtultum eſſe, qui juſtus eſt; ſed quum ſciret* &c. Bon. *Non enim exiſtimavit, eum vero ſtultum eſſe, qui juſtus eſſet; quum ſciret* &c.

d *Rationem tamen*: Hanc ſecundam vocem nec Bon:, nec Aldus habet.

e *Voluit oſtendere, latere* &c. Schottus omiſit Tò *oſtendere*.

10

Videamus ergo, utrumne juſtitia fœdus aliquod habere cum ſtultitia poſſit. Juſtus, inquit, ſi aut equum ſaucio, aut tabulam naufrago [a] non ademerit, ut ipſe animam ſuam liberet, ſtultus eſt.

---

a *Naufrago*: Bon. *naufragio*.

11

Primum omnium [a], nego ullo modo fieri

---

a *Primum omnium nego* &c. Ex his, quæ mox ſe-

fieri poſſe, ut homini, qui quidem vere juſtus ſit, ejuſmodi caſus eveniat: quia juſtus neque cuiquam nato inimicus eſt: neque quicquam omnino apetit alienum. Cur enim naviget, aut quid petat ex aliena terra, cui ſufficit ſua?

ſequuntur manifeſte apparet, Noſtrum heic loqui in eo ſenſu, ut nimirum neget, hominem vere juſtum ſponte ſua bellare, aut lucri cauſſa navigare velle; quæ veriſſima, atque evangelica ſententia eſt. Non ideo tamen contrarium facere ſtatim peccatum erit; nam quum agitur de actibus ſecundum ſe indifferentibus; ex fine, & circumſtantiis bonitas, aut malitia illorum deſumenda eſt. Barbeyracii opinio, Ceillierii, Buddei, aliorumque de hac Lactantii ſententia concertationes, expenduntur a nobis diſſ. XXVIII. cap. IV. §. X. ſeq. Heic notaſſe ſufficiat, Senecam aſſeruiſſe non ſine gravitate, & ratione L. V. *Nat. Quæſt. Furorem prope eſſe, quum cogitaveris vitæ parari ea, quibus vita conſumitur*; navigatione ſcilicet, & militia.

12

Cur autem belligeret, ac ſe alienis [a] furoribus miſceat, in cujus animo pax cum hominibus [b] perpetua verſetur [c]?

 Sci-

a *Ac ſe alienis &c.* Al. *aut ſe*.
b *Cum hominibus*. Al. *cum omnibus*.
c *Verſetur*. Heum. *verſatur*.

13

Scilicet [a] peregrinis mercibus, aut humano ſanguine delectabitur, qui nec lucrum ſciat appetere, cui ſufficit victus, & non modo ipſe cædem facere, ſed intereſſe facientibus, ac ſpectare, ducat nefas? Sed omitto iſta: quoniam fieri poteſt, ut vel juſtus ad hæc ſubeunda cogatur.

---

a *Scilicet &c.* Ironice.

14

Adeone ergo juſtitiam, o Fueri, vel potius o Carneade [a], cujus eſt illa omnis oratio [b], tam inanem, tam ſupervacuam, tamque contemptam Deo putas, ut nihil poſſit, nihilque habeat in ſeſe, quod ad cuſtodiam ſui valeat?

---

a *Carneade*. Sic bene caſu vocativo. Al. *o Carneades*.

b *Illa omnis oratio*. Al. *ratio*: male.

15

Sed videlicet, qui ſacramentum hominis [a] ignorant, ideoque ad hanc vitam temporalem referunt omnia, quanta ſit vis juſtitiæ, ſcire non poſſunt. Nam

---

a *Sacramentum hominis*. Iterum hac phraſi Lactan-

ctantius utitur Lib. II. cap. xviii. & Lib. vii. cap. v. Ubi Walchius ſemper intelligit rationem, ac conditionem humanam, quam tamen Philoſophi non ignorabant: quærendum ergo aliud eſt, quod heic a Lactatio innuatur; & paullo infra occurrit, quum de æterno præmio curſim loquitur, & alio loco de eadem re, fuſius ſe acturum eſſe pollicetur, nimirum L.vii.

16

Nam & quum de virtute diſputant, quamvis intelligant ærumnis, ac miſeriis eſſe pleniſſimam, tamen expetandam eſſe ajunt ſua cauſſa. Ejus enim præmia, quæ ſunt æterna, & immortalia, nullo modo vident. Sic rebus omnibus ad hanc præſentem vitam relatis, virtutem plane ad ſtultitiam redigunt. Siquidem tantos hujus vitæ labores fruſtra, & inaniter ſuſcipiunt [a].

a *Suſcipiunt* Bon. & Al. *ſuſcipit.* Lego cum Schotto, nam præceſſit: *diſputant*.

17

Sed hæc alio loco [a] plenius: interim de juſtitia, ut cœpimus, cujus tanta vis eſt,
N 4 ut

a *Alio loco*. Nempe Cap. xix.

ut quum oculos in cælum ſuſtulerit, a Deo mereatur omnia [b].

b *A Deo mereatur omnia*. Bunem. Tò *mereatur* explicat, *obtineat*. Sed male, aliud enim eſt *obtinere*, aliud eſt *mereri aliquid obtinere*. Juſti enim meritum habent obtinendi a Deo quidquid a Deo juſte poſtulant: ſecundum illud Chriſti Domini promiſſum: *quod juſtum fuerit, dabo vobis*, Matth. xx. verſ. 4. Vide Diſs. xxxv. Cap. vii. §. iv.

18

Rectè igitur Flaccus [a] tantam eſſe dixit innocentiæ vim, ut ad tutelam ſui non egeat nec armis, nec viribus, quacunque iter fecerit:

Integer vitæ, ſceleriſque purus
Non eget Mauri iaculis, nec arcus,
Nec venenatis [b] gravida ſagittis
Fuſce, pharetra.
Sive per Syrteis iter æſtuoſas.
Sive facturus per inhoſpitalem
Caucaſum, vel quæ loca fabuloſus
Lambit Hydaſpes.

a *Flaccus*. Horatius Lib. 1. O. xxii.
b *Venenatis*. Schottus ex Lambino: *venantis*.

19

Non poteſt ergo fieri, quin hominem ju-

juſtum inter diſcrimina tempeſtatum, atque bellorum, cæleſtis tutela cuſtodiat, ac non, etiamſi cum paricidis, & nocentibus naviget, aut malis quoque parcatur [a], ut una juſta, & innocens anima liberetur, aut certe pereuntibus cæteris, ſola ſervetur [b].

a *Parcatur*. Bon. *paſcatur*.
b *Sola ſervetur*. Bon. *ſolus*. Al. *ſalvetur*.

20

Sed concedamus poſſe fieri, quod proponit philoſophus. Quid ergo juſtus faciet, ſi nactus fuerit aut in equo ſaucium, aut in tabula naufragum? Non invitus confiteor: morietur potius, quam occidat [a].

a *Morietur potius, quam occidat*. Al. *occidet*. Aldus, & Heum: noſtram præferunt lectionem. Cicero *in Officiis* hac de re diſputavit, ejuſque ſententiam expendimus Diſs. xxviii. Cap. iv. §. viii.

21

Nec ideo juſtitia [a], quod eſt ſingulare hominis bonum, ſtultitiæ nomen accipiet [b]. Quid enim melius, quid carius eſſe homini de-

a *Nec ideo juſtitia &c.* Al. interſerunt *tamen*.
b *Accipiet*. Aldus etiam ſic legit. Al. *accipit*.

debet, quam innocentia? quæ utique tanto perfectior ſit neceſſe eſt, qnanto illam perduxeris[c] ad extremum: morique malveris, ne quid de innocientæ ratione[d] minuatur.

c *Quanto illam perduxeris &c.* Subintellige: *magis*, ut ad Cap. vii. Seg. 9. Al. *produxeris*.
d *De innocentiæ ratione*. Schottus: *de innocentiæ bono*.

22

Stultitia eſt, inquit, *alienæ animæ parcere cum pernicie ſuæ*. Num etiam pro amicitia perire ſtultum judicabis[a]? Quid ergo illi familiares Pythagoræi[b] laudantur a vobis, quo-

a *Judicabis* Al. *judicabitur*, Schottus noſtram lectionem præfert:
b *Illi familiares Pythagorai*. Videlicet Damon, & Pythia, quorum unus quum a Dionyſio Syracuſarum Tyranno morti eſſet damnatus, impetraſſetque ab eo tempus, quo domum ad res ſuas ordinandas rediret, altero pro reditu ipſius ſe vadem ultro ſiſtente: jam prope ſtatuti temporis finem illo non redeunte, quiſque ſtultitiæ ſummæ imprudentem ſponſorem poſtulabat, qui tamen minime dubitavit, quin ille eſſet ad carcerem rediturus. Neque eum fiducia fefellit: nam eodem temporis momento a Dionyſio conſtituto, qui morti addictus erat, coram

quorum alter ſe tyranno vadem mortis pro altero dedit, alter ad præſtitutum tempus, quum jam ſponſor ejus duceretur, præſentiam ſui fecit, eumque interventu ſuo liberavit? quorum virtus in tanta gloria non haberetur; qnod alter [c] pro amico, alter etiam pro fide mori voluit, ſi ſtulti putarentur.

ram Tyranno, necem ſubiturus aſtitit, & amici libertatem aſſeruit. Unde eorum fidem, atque conſtantiam admiratus Dyoniſius non ſolum utrumque liberum dimiſit, verum etiam vehementer optavit, tertium cum iis eodem amicitiæ vinculo copulari. Cicer. Lib. III. *de Offic.* Valer. Max. Lib. IV. c. VIII.

c *Quorum alter*. Schottus: *quum alter*. Al. *quod*.

23

Denique ob hanc ipſam virtutem tyrannus his gratiam retulit, utrunque ſervando, & hominis crudeliſſimi natura mutata eſt. Quin etiam deprecatus eſſe [a] dicitur, ut ſe tertium in amicitiam reciperent, non utique tanquam ſtultos, ſed tanquam bonos, & ſapientes viros.

Ita-

a *Deprecatus eſſe*. Al. ultimam vocem omittunt. Al. *precatus*.

24

Itaque non video, quare quum pro amicitia, & fide mori ſumma gloria computetur [a], non etiam pro innocentia perire, ſit homini glorioſum. Ergo ſtultiſſimi ſunt, qui nobis crimini dant, mori velle pro Deo; cum ipſi eum, qui pro homine mori voluit, in cælum ſummis laudibus tollant.

a *Computetur*. Schottus; *putetur*.

25

Denique, ut concludam diſputationem, non poſſe eundem ſtultum eſſe, ac juſtum, eundemque [a] ſapientem, & injuſtum, docet ipſa ratio. Qui enim ſtultus eſt, quid ſit juſtum, ac bonum neſcit, & ideo ſemper peccat [b]. Ducitur enim quaſi capti-

a *Stultum eſſe, ac juſtum, eundemque*. Aldus: *ſtultum juſtum eſſe, ac eundem*.

b *Semper peccat*. Peccare heic non ſignificat, contra Dei legem operari; ſed *aberrare*, & quocumque in genere *deficere*. Quo ſenſu poetæ *ſyllabam peccare* dicunt, quum quantitas metro non reſpondet. Perperam itaque ex his Lactantii verbis aliqui inferunt: eum in illorum errore fuiſſe, qui docuerunt, Paganos, & quos gratia Dei non ſantificat, in opere omni moraliter peccare. Vide Diſs. xxxv. Cap. ix. §. xii.

ptivus a vitiis, nec reſiſtere ullo modo poteſt, quia caret virtute, quam neſcit.

26

Juſtus autem ab omni peccato ſe abſtinet, quod aliter facere non poteſt [a], quam ſi habeat recti, pravique notitiam. Rectum autem diſcernere a pravo quis poteſt niſi ſapiens? Ita fit, ut nunquam poſſit eſſe juſtus, qui ſtultus eſt, neque ſapiens, qui fuerit injuſtus.

a *Quod aliter facere non poteſt*. Scilicet ſi in juſtitia perſeverare velit.

27

Quod ſi eſt veriſſimum, manifeſtum eſt, eum, qui aut naufrago tabulam, aut equum ſaucio non ademerit, ſtultum non eſſe, quia hæc facere peccatum eſt, a quo ſe ſapiens [a] abſtinet.

a *Sapiens abſtinet*. I. E. Juſtus ille, qui mori potius, quam peccare voluerit.

28

Videri tamen & ipſe confiteor, per homi-

minum errorem, ignorantium [a] cujuſque rei proprietatem. Itaque omnis hæc quæſtio non tam argumentis, quam definitione diſſolvitur.

a *Ignorantium*. Al. *ignorantiam*. Qui veritatem ignorant, & tenaciter errori inhærent, alios, qui in tali non verſantur errore, ac ignorantia, ſtultiſſime rident,

29

Stultitia igitur [a] *eſt in factis, dictiſque per ignorantiam recti ac boni, erratio*. Ergo ſtultus non eſt, qui ne ſibi quidem parcit, dumne noceat alteri [b], quod eſt malum. Quod quidem nobis & ratio, & veritas ipſa præſcribit.

a *Stultitia igitur*. Bon: *ſtultitia ergo*. Hanc ſtultitiæ definitionem diverſo charactere expreſſam volui, quia ſingularis eſt, nec apud alios obvia.

b *Dumne noceat alteri*. Al. *dummodo alteri non noceat*. Al. *dummodo non noceat alteri*. Cicero ſæpe *dumne* in epiſtolis ad Atticum hoc eodem ſenſu adhibuit. E. g. Lib. viii. *Epiſt*. xiii. *Ego ſi cui adhuc videor ſegnior fuiſſe, dum ne tibi, non laboro*.

30

In omnibus enim videmus animalibus, quia ſapientia carent, conciliatricem ſui eſſe

ſe naturam [a]. Nocent igitur aliis, ut ſibi proſint. Neſciunt enim, quia malum eſt, nocere [b].

a *Conciliatricem ſui eſſe naturam.* Sic. Cicer. L.2. *de N. D. Non vides, quam blanda Conciliatrix, & quaſi ſui ſit lena natura.*

b *Neſciunt enim quia malum eſt nocere.* Modus loquendi Eccleſiaſticis Authoribus uſitatum, quem non facile apud alios reperies; quamquam Cellarius, & Walchius Tò *quia* pro quatenus jubeant intelligi debere.

31

Homo vero, quia ſcientiam [a] boni, ac mali habet, abſtinet ſe a nocendo, etiam cum incommodo ſuo, quod animal irrationale facere non poteſt. Et ideo inter ſummas hominis virtutes innocentia numeratur. Quibus rebus apparet, ſapientiſſimum eſſe, qui mavult perire, ne noceat, ut id officium, quo a mutis diſcernitur, ſervet.

a *Qui ſcentia* Al. *quia &c.*

32

Nam qui vendentis errorem non redarguit, ut aurum parvo emat: aut qui non profitetur, fugitiuum ſervum, vel peſtilentem

tem ſe domum vendere, lucro, & commodo [a] ſuo conſulens, non eſt ille ſapiens, ut Carneades videri volebat, ſed callidus, & aſtutus.

---

a *Lucro, & commodo &c.* Bon. *vero & commodo ſuo;*

33

Calliditas, & aſtutia in mutis quoque animalibus ſunt, vel quum inſidiantur aliis, & dolo capiunt, ut devorent, vel quum inſidias aliorum vario genere [a] deludunt. *Sapientia verò in* hominem ſolum cadit.

---

a *Vario genere* Schottus ex conjuctura, *Vafro ingenio.*

34

Sapientia eſt enim intelligentia vel ad bonum, rectumque faciendum: vel abſtinentia dictorum[b]*, factorumque improborum.* Lucro autem nunquam ſapiens ſtudet, quia bona hæc terrena contemnit: nec quemquam falli patitur, quia boni viri officium eſt, errores hominum corrigere, eoſque in

---

a *Vel abſtinentia Divorum.* Al. *delictorum.*

Digitized by Google

in viam reducere. Siquidem ſocialis eſt hominis, ac benefica natura, quo ſolo cognationem cum Deo habet [b].

b *Quo ſolo cognationem cum Deo habet*. Bonum enim eo perfectius eſt, quo magis ſeſe in alios diffundit. Ideoque Deus optimus, quia maxime ſe communicat. Vide *de Ira Dei* ad Cap. viii.

CAP. XIX.

1

SEd nimirum hæc cauſſa efficit, ut ſtultus eſſe videatur, qui egere [a], aut mori malit, quam noceat, vel eripiat aliquid alteri, quod hominem morte deleri putant. Ex qua perſuaſione omnes tum vulgi tum etiam philoſoporum naſcuntur errores.

a *Qui egere*. Bon. *quia egere*, & ſic etiam Aldus

2

Si enim poſt mortem nihil ſumus, profecto ſtultiſſimi eſſet hominis [a], non huic vitæ conſulere, ut ſit quam diutina [b], & commodis omnibus plena.

O Quod

a *Stultiſſimi eſſet hominis*. Al. *eſt hominis*.
b *Quam diutina*. Schottus ex cojectura. *quam maxime diutina*.

3

Quod qui faciet, a juſtitiæ regula diſcedat, neceſſe eſt. Si autem ſupereſt homini vita melior, & longior, quod & philoſophorum magnorum argumentis, & vatum reſponſis [a] & prophetarum divinis vocibus diſcimus: hanc præſentem cum ſuis bonis contemnere ſapientis eſt, cujus omnis jactura, immortalitate penſatur.

a *Et vatum reſpoofis*. Bon. *& tantis vatum reſponſis*.

4

Apud Ciceronem idem ille [a] juſtitiæ defenſor Lælius: *Vult*, iniquit, *plane virtus honorem*, *nec eſt virtutis ulla alia merces*. Eſt plane, & quidem virtute digniſſima, quam tu Læli nunquam poteras ſuſpicari [b]: nihil enim divinarum noveras literarum. *Quam tamen illa* (inquit) *accipit facile*, *exigit non acerbe*. Erras vehementer, ſi putas, ab homine præmium ſolvi poſſe virtuti,

a *Idem ille*. Al. *idem ipſe* Cic. L. III. *de Republ.*
b *Nunquam poteras ſuſpicari*. Al. *nequaquam*. Legimus cum Aldo.

ti, quum ipſe alio loco veriſſime dixeris [c]: *Huic tu viro quas divitias objicies? quæ imperia? quæ regna? qui iſta putat humana, ſua bona divina judicat.*

c *Veriſſime dixeris*: Schottus: *diſſeras*.

5

Quis ergo te ſapientem [a], Læli, putet, quum ipſe tibi loquare contraria? & paullopoſt virtuti adimas, quæ dediſti? Sed videlicet ignorantia veri facit incertam, labantemque [b] ſententiam.

a *Quis ergo te ſapientem*. Sic omnes præter Bonon. qui legit *ſapientiſſimum*.
b *Labantemque*: Al. *labentemque*. Al. *laborantemque* &c.

6

Deinde quid adiungis? *Sed ſi aut ingrati univerſi, aut invidi multi, aut inimici potentes, ſuis virtutem præmiis ſpoliant.*

7

O quam fragilem, quam inanem virtutem induxiſti, ſi ſpoliari præmio ſuo poteſt!

Quæ ſi bona ſua divina judicat [a] (ut ajebas) qui poſſunt exiſtere tam ingrati, tam invidi, tam potentes, qui virtutem ſpoliare valeant iis bonis, quæ fuerint in eam collata divinitus?

a *Quæ ſi bona ſua divina judicat*. Heic Noſter Codex pro *judicat* habet *judicatur*; ac ſtatim ſequitur *& ſi filius* &c. relinquens, ſumma amanuenſis librarii oſcitantia, immanem lacunam, ex aliis omnibus implendam.

8

Næ illa ſe [a], inquit, *multis ſolatiis oblectat, maximeque ſuo decore ſeipſa ſuſtentat.* Quibus ſolatiis? quo decore? quum in crimen ſæpe veniat, & in pœnam decor ille vertatur.

a *Næ illa ſe*: Næ cum diphthongo, valet *certe, utique, profecto*. Al. *ne*: prave.

9

Quid enim, ſi (ut Furius dicebant) [a] *rapiatur, vexetur, exterminetur, egeat, auferantur ei manus, effodiantur ei oculi, dam-*

a *Ut Furius dicebat*: Vide ſupra cap. XII. a ſeg. 5.

damnetur, *vinciatur*, *uratur*, *miſeris etiam modis necetur*, perdet ne ſuum præmium virtus? An potius peribit ipſa? Minime; ſed & mercedem ſuam Deo judice accipiet, & vivet, & ſemper vigebit.

10

Quæ ſi tollas, nihil poteſt in vita hominum tam inutile, tam ſtultum videri eſſe, quam virtus, cujus naturalis bonitas, & honeſtas docere nos poteſt [a], animam non eſſe mortalem, divinumque illi a Deo præmium conſtitutum.

---

a *Docere nos poteſt*: Al. *non poteſt*.

11

Sed iccirco virtutem ipſam Deus ſub perſona ſtultitiæ [a] voluit eſſe celatam, ut myſterium veritatis, ac religionis ſuæ eſſet arcanum: ut has religiones, ſapientiamque terrenam extollentem ſe altius, ſibique multum placentem, vanitatis, erroriſque damnaret, ut propoſita denique difficultate,

 angu-

---

a *Sub perſona ſtultitiæ*: I. E. *ſub larva*; ſub *obtentu*, ut alibi annotavimus.

anguſtiſſimus trames [b] ad immortalitatis præmium ſublime perduceret.

b *Anguſtiſſimus trames*. Al. *per anguſtiſſimos tramites*. Heum. addit *nos*. Noſtra lectio menti authoris conformior, ut bene vidit Bunem. Nam unam ſemper ad beatitudinem conſequendam Lactantius viam ſtatuit; & quidem anguſtam, ut Chriſtus Dominus ait Matth. VII. ℣. 14. *Quam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inveniunt eam?* Quod eis expendendum proponimus, qui ex omni ſecta, ac per amplas ſæculi ſemitas gloriam æternam facile conſequi poſſe, ſibi perſundent, contra manifeſtum Chriſti Domini teſtimonium. Schottus legit. *Anguſtiſſimi tramites perducerent*.

12

Docui (ut opinor) [a] cur populus noſter apud ſtultos ſtultus habeatur. Nam cruciari, atque interfici malle, quam thura tribus digitis comprehenſa, in [b] focum jactare, tam ineptum videtur, quam in periculo vitæ, alterius animam magis curare, quam ſuam.

Ne-

a *Docui (ut opinor)* Scilic. Cap. XVIII. Al. XVII.
b *Thura tribus digitis comprehenſa* Vide ad L. I. c. XX. ſeg. 16.

13

Neſciunt enim, quantum ſit nefas, adorare aliud [a] præterquam Deum, qui condidit cælum, atque terram, qui humanum genus finxit, inſpiravit, luce donavit.

---

a *Adorare aliud*. Al. *aliquid cum Schotto*.

14

Quod ſi ſervorum nequiſſimus habetur, qui dominum ſuum fuga deſerit, iſque verberibus, & vinculis, & ergaſtulo, & cruce, & omni malo digniſſimus judicatur, & ſi filius [a] eodem modo perditus, atque impius exiſtimatur, qui patrem ſuum derelinquit, ne illi obſequatur, ob eamque cauſſam dignus putatur, qui ſit exhæres [b], & cujus nomen in perpetuum de familia deleatur: quanto magis qui Deum deſerit, in quem duo vocabula, domini, & patris, æque veneranda conveniunt?

 Nam

---

a *Digniſſimus judicatur*; *& ſi filius*. Hactenus bononienſis codex mancus eſt, & mutilus.

b *Dignus putatur, qui ſit exhæres*. De exhæredatione liberorum agitur in Inſtitutionibus Juris Civil. L. II. cap. XIII. Vide dicta ad L. IV. cap. III. ſe q.

15

Nam ille, qui, ſervum pretio comparat, quid in eum beneficii confert, præter alimenta [a], quæ illi utilitatis ſuæ gratia ſubminiſtrat? Et qui filium generat, non habet poteſtatem, ut concipiatur, ut naſcatur, ut vivat. Unde apparet, non eſſe illum patrem, ſed tantummodo generandi miniſtrum.

---

a *Præter alimenta*. Al. *præterquam*.

16

Quibus ergo ſuppliciis dignus eſt deſertor ejus, qui & dominus verus, & pater eſt, niſi quæ Deus ipſe conſtituit? qui ſpiritibus injuſtis æternum paravit ignem [a]: quod ipſe per vates ſuos impiis, ac rebellibus comminatur.

CAP.

---

a *Æternum paravit ignem*. Nempe illum, de quo: *Diſcidite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabulo, & Angelis ejus*: ait Chriſtus ſe dicturum eſſe iis, *qui a* ſiniſtris ejus *eeunt* in die judicii. Matth. xxv. ℣. 41.

CAP. XX.

1

DIſcant igitur [a] & ſuarum, & alienarum interfectores animarum, quam inexpiabile facinus admittant: Primum, quod ſeipſos jugulant, perditiſſimis dæmonibus ſerviendo [b], quos Deus in æternâ ſuplicia damnavit. Deinde, quod nec ab aliis Deum coli patiuntur, ſed avertere homines ad mortifera ſacra contendunt, nituntur que ſumma diligentia, ne qua ſit anima incolumis in terra, quæ ſalvo ſtatu ſuo ſpectet in cælum.

Quid

a *Diſcant igitur*. Betulajus, præmiſſa heic totius capitis breviſſima ſynopſi, ſtatim addit. *Neque in hoc capite quicquam dicitur, quod non in Romanæ hodie Religionis defenſores juſtiſſime torqueri poſſit*. Judex ergo medius, humaniſſime Lector, Sedeas nos inter, & illum, & omnibus ſepoſitis præjudiciis, quanta id afferatur injuria ad veritatis lumen expende.

b *Perditiſſimis Dæmonibus ſerviendo*: Qui in Eccleſia Romana Chriſtum profitentur non ſolum dæmonibus non ſerviunt; ſed illis imperant, & Jeſu Chriſti interpoſito nomine, ſecundum ritum ab eadem Eccleſia approbatum, & per poteſtatem ordinis ſibi traditam, eos de corporibus, quæ obſederint,

rint, fugant, & expellunt; ut omnium Gentium, ac temporum Eccleſiaſticæ tradunt hiſtoriæ. Nec extra eam id aliquando factum eſſe, audivimus; ſed potius ſi quis ex Sectariorum grege miniſter exorciſtæ munus ſibi temere aſſumpſit, ab ipſis malignis ſpiritibus pænam debitam ſuæ temeritatis reportavit. Hi ergo certo ſciant ſe dæmonibus ſervire, qui extra S. Catholicam Apoſtolicam Romanam Eccleſiam militant, & tandem aliquando vel ex hoc diſcant, ſe dæmonum, non Chriſti profiteri doctrinam, quum eis hæc nota expelledi ab obſeſſis malignos Spiritus deficiat, quam, tamquam veræ fidei indicem, ſervator noſter Jesus Eccleſiæ ſponſæ ſuæ reliquit, Marc. xvi. ℣. 17. *Signa autem, qui crediderint, hæc ſequentur: in nomine meo Dæmonia ejicient* &c.

2

Quid aliud dicam quam miſeros, qui prædonum ſuorum inſtigationibus [a] parent, quos deos eſſe opinantur? quorum neque conditionem, neque originem, neque nomina, neque rationem ſciunt, ſed inhærentes

a *Qui prædonum ſuorum inſtigationibus* &c. Walchius hæc dicta putat de Pontificibus, atque Sacerdotibus Idolorum, quod probari poſſe autumat ex ſequentibus, a quibus tamen potius eruitur, *Prædonum* nomine heic a Lactantio Dæmones appellari, ut bene vidit Bunem; & clariſſime verba illa demon-

tes [b] perſuaſioni vulgari, libenter errant, & ſtultitiæ ſuæ favent.

monſtrant, quæ immediate ſequuntur: *Quos Deos eſſe opinantur*. Niſi & ipſe obtrudere ſuis velit cum Betulejo, & Gallæo, Pontifices, & Sacerdotes noſtros, Deos a nobis exiſtimari, quemadmodum ſanctorum imagines Idola appellare conſueverunt, qui e Lutheri, Calvini, aliorumque ex perditorum ſchola egreſſi ſunt, quæ refutatione ob manifeſtam calumniam non indigent.

b *Sed inhærentes*. Bon. *ſed inhaerent*.

3

A quibus [a] ſi perſuaſionis ejus rationem requiras, nullam poſſunt reddere, ſed ad majorum judicia confugiunt [b], quod illi ſapientes fuerint, illi probaverint, illi ſcierint, quid eſſet optimum: ſeque ipſos ſenſibus ſpoliant, ratione abdicant, dum alienis erroribus credunt.

tia,

a *A quibus*: Bon. *Aliquibus* &c.

b *Poſſunt .... confugiunt*. Al. *poſſint .... confugiant*. Schottus nobiſcum legit.

4

Sic implicati [a] rerum omnium ignoran-

a *Sic implicati*: Sic nobiſcum Schottus. Al. *implicitı*.

tia, nec ſe, nec deos ſuos norunt. Atque utinam ſoli errare, ſoli deſipere vellent. Alios etiam in conſortium mali ſui rapiunt, quaſi habituri ſolatium de perditione multorum.

5

Sed hæc ipſa ignoratio [a] efficit, ut in perſequendis ſapientibus tam mali ſint, fingantque [b] ſe illis conſulere, illos ad bonam mentem velle revocare.

a *Sed hæc ipſa ignoratio*. Ita etiam Schottus. Al. *ignorantia*.
b *Fingantque* Bon., & Schottus *finguntque*.

6

Num igitur hoc, ſermone, aut aliquâ ratione reddita, facere nituntur? Minime, ſed vi, atque tormentis. O mira, & cæca dementia! in iis putatur mala mens eſſe, qui fidem ſervare conantur, in carnificibus [a] autem bona.

a *In carnificibus*. Bon. *his carnificibus*.

7

In iiſne mala mens eſt, qui contra jus huma-

humanitatis, contra fas omne lacerantur? an potius in iis, qui ea faciunt in corporibus innocentum, quæ nec ſæviſſimi latrones, nec iratiſſimi hoſtes, nec immaniſſimi barbari aliquando fecerunt? Adeo ne [a] etiam ſibi mentiuntur, ut viciſſim [b], boni, ac mali nomina transferant, & immutent?

---

a *Adeone*: Bon. *Odione*.
b *Ut viciſſim*. Bon. *ut licet ſint* &c.

8

Quid ergo non, diem [a], noctem vocant? ſolem tenebras? Alioquin eadem impudentia eſt [b], bonis, malorum nomen imponere, ſapientibus ſtultorum, juſtis impiorum. Quinimo, ſi qua illis fiducia eſt vel in philoſophia, vel in eloquentia, arment ſe, ac refellant hæc noſtra, ſi poſſunt: congrediantur cominus, & ſingula quæque diſcutianr.

---

a *Quid ergo non, diem*. Bon. *videre diem non noctem* &c.
b *Eadem impudentia*. Al. *imprudentia* cum Schotto Bon. *inpudentia*.

9

Decet eos ſuſcipere defenſionem deorum

rum ſuorum, ne, ſi noſtra invaluerint, (ut quotidie invaleſcunt) cum delubris, ac ludibriis ſuis deſerantur. Et quoniam vi nihil poſſunt (augetur enim religio Dei [a], quanto magis premitur) ratione potius, & hortamentis agant [b].

a (*Augetur enim Religio Dei quanto magis premitur*) Ideo Tertull. in Apolog. cap. ultim. ait: *Plures efficimur, quoties metimur a vobis: ſemen eſt ſanguis Chriſtianorum*. Theodor. Serm. IX. de Legib. *Veluti quondam rubus ilie, quem vidit Moyſes ardere, igni non eſt abſumptus; ita nec Chriſtianos impiorum bellis petitos, tela hoſtilia conſumpſerunt: Quin potius, ſicut lignatoribus Sylvam cædentibus plures pullulant propagines ab radicibus, quam ſint rami, qui inciduntur; ita tunc quoque piis compluribus interfectis; multo plures quotidie ad doctrinam Evangelicam accedebant: cruorqce ille cæſorum corporum, irrigatio quædam erat novis in Eccleſia emergentibus plantis*. Bunem. heic etiam Lutheri authoritatem affert ex comment. in Pſal. I.

b *Et hortamentis agant*: Bon. *& ornamentis vacant*. Schottus: *& argumentis agatur*.

10

Procedant in medium pontifices, ſeu minores, ſeu maximi [a], flamines, augures [b], item

a *Pontifices, ſeu minores, ſeu Maximi*: Pontifices

item reges ſacrificuli [c], quique ſunt ſacerdotes, & antiſtites religionum.

Con-

ces Ethnicorum, & eorum collegium apud Rnmanos non ſemper eundem numerum ſervarunt. Primum enim a Numa Pompilio unus dumtaxat Pontifex creatus fuit Marcus nomine Marci filius, cui, ut narrat Livius L. I. cap. XX. *ſacra omnia exſcripta, aſſignataque attribuit*. Deinde quatuor, qui quum eſſent ex ordine patricio augeri eorum numerum rogatione promulgarunt, totidem de plebe adlegatis. Liv. L. X. c. 6.; quibus omnibus Sulla ſeptem alios adjecit; ita tamen ut primi illi majores, minores vero iſti appellarentur. Unus vero Maximus ſemper extitit, cui cæteri parebant. Quoties novus Pontifex fieri debebat, comitia habebantur, in quibus, quum electus fuit M. Cornelius Cethegus, poſthabitis Q. Fulvio Flacco conſule III., Tito Manlio Torquato Coſ.II. & Cenſore,& P.Licinio Craſſo, annotat Livius; *Ante hunc intra centum annos, & viginti; nemo præter P. Corneliom Caluſſam, pontifex maximus creatus fuerat, qui ſella curuli non ſediſſet*. Quamvis etiam de plebe is aliquando fuerit, ut de Tito Coruncano in Epit. Livii legitur, cap. XVIII., Imperatores deinde Maximi Pontificis munus ſibi uſurparunt; ut ad lib. *de M. Perſ.* dicturi ſumus.

b *Flamines*, *Augures* &c. De iis diximus ad L. I. cap. XXII. ſeg. 4.

c *Reges ſacrificuli*. Bon. *ſacrificiocoli*. Al. *ſacricolæ*. Al. *ſacrificioli*. Al. *ſacrificoli*. Livius Lib. II. cap. II. *Exacto Rege Tarquinio*, ait, *Rerum Divinarum*

rum deinde habita cura ; & quia quædam publica ſacra per ipſos Reges factitata erant , necubi Regum deſiderium eſſet , Regem ſacrificulum creant , id Sacerdotium Pontifici ſubjecere , ne additus nomini honos aliquid libertati , cujus tunc prima erat cura , officeret . Is non annuus , ut ceteri Sacerdotes ; ſed perpetuus , ac immunis ab omni bellorum tumultu. Primus inter eos ex Patritiis Marcius Papyrius Rex ſacrificiorum , Bruto conſule , creatus fuit ; quamquam ex plebe deinde creari cœperit Rex iſte , quum Maximus Curio , plebejus homo , in demortui locum electus eſt a minore parte Populi , ſelectis , calatiſque Comitiis. Hujus Regis uxor : *Regina Sacrorum* dicebatur , quæ quoties ſacra facere contigiſſet , ex malo punico virgulam , quæ *Inarculum* dicebatur , pro infula deferebat . Vide Alexand. ab Alex. *Genial.* dier. L. III. c. XXVII. & apud Gruter. pag. MLXXXVII. Tab. VIII. in Inſcriptione

REX SACRORUM AUGUR
CUM MANLIA L. F. FADILLA
REGINA SACRORUM

II

Convocent nos ad concionem [a], cohortentur [b] ad ſuſcipiendos cultus Deorum: per-

---

a *Ad concionem*. Al. *ad contentionem*.

b *Cohortentur ad ſuſcipiendos* &c. Schottus , & alii interſerunt : *Nos* .

perſuadeant multos eſſe, quorum numine, ac providentia regantur omnia: oſtendant origines, & initia ſacrorum, aç Deorum quomodo ſint mortalibus tradita: qui fons, quæ ratio ſit, explicent; proferant, quæ merces in cultu, quæ pœna in contemptu maneat, quare ab hominibus coli ſe velint; quid illis, ſi beati ſunt, humana pietas conferat. Quæ omnia non aſſeveratione propria (nec enim valet quicquam [c] mortalis hominis authoritas (ſed divinis teſtimoniis confirment [d], ſicuti nos facimus.

c *Nec enim valet quicquam*. Bon. *valet quid quemquam*.

d *Divinis teſtimoniis*. Al. interponunt *aliquibus*

12

Non eſt opus vi [a], & injuria, quia religio cogi non poteſt: verbis potius, quam ver-

a *Non eſt opus vi, & injuria, quia Religio cogi non poteſt*. Quum hactenus in hocce capite nihil habeat Betulejus, quod nobis poſſit objicere, heic fortaſſe locum ſibi nactum exiſtimavit adverſus Romanam Eccleſiam intorquendum, quemadmodum ſæpe Heretici factitare conſueverunt. Siquidem quotieſcumque eorum aliquos Eccleſia ſæcularibus poteſtatibus juſtiſſime tradidit, ſeu potius pœnis tempora-

verberibus res agenda eſt, ut ſit voluntas *b*, diſtringant aciem ingeniorum ſuorum, ſi ratio eorum vera eſt, aſſeratur *c*; parati ſumus

ralibus puniendos reliquit, toties conclamavere, ſe juſtos illos eſſe, contra quos perſecutio tunc movebatur, nos autem perſecutores, qui eorum ſanguinem appetebamus. De iis egimus diſſ. xxxv. c. ix. §. viii. quod ſi legere proteſtantes detrectant, librum eis legendum proponimus: *De Hæreticis a civili magiſtratu puniendis*, quem edidit Thodorus Beza: in quo recenſentur plurimi hujus ſententiæ ſuffragatores, qui apud eos magni fiunt, nimirum Philippus Malancthon: *De officio Principis*. Urbanus Reginus *in Confeſſione quam Eccleſiæ Saxonicæ Tridentino Concilio obtulerunt*. Brentius *in lib. de Republica bene ordinanda*. Bucerus *enarrat: in cap. XII. S.Matth.* Capito. L. *de jure Magiſtr. in Religion.* Bullingerus *Decad. II. Serm. VII.* & *VIII.* Muſculus *Commen. in Pſal. II.* Lutherus *in Poſtillis minoribus Dominic. V. poſt Epiph.* Calvinus *in Libro peculiari de hac re ſcripto contra Servetum*: Ne aliis commemorem, quorum momenta in diſſ. noſtra, jam indicata, diligentiſſime, ut par erat, expendimus, ne Prædicantes, & Miniſtri amplius imponant ignorantibus, ut odium adverſus Romanam Eccleſiam creent, calumniis iniquiſſimis in vulgus ſparſis.

b *Ut ſit voluntas*. Bon. *voluptas*. Al. *ut ſic*. Heum. *deleatur* inquit *hoc gloſſema*. Walchius explicat, *ut adſit voluntas*. Intellige, ut libere, & non coacte fiat.

c *Aſſeratur*: Sic etiam Schottus. Al. *afferatur*.

mus audire, ſi doceant. Tacentibus certe nihil credimus, ſicut ne ſævientibus quidem cedimus[d].

d *Cedimus*. Al. *caedimus*. Schottus: *credimus*.

13

Imitentur nos, ut rationem[a] rei totius exponant. Nos enim non illicimus, ut ipſi obiectant, ſed docemus[b], probamus, oſtendimus. Itaque nemo a nobis retinetur invitus[c]; inutilis eſt enim Deo, qui devotione, ac fide caret. Et tamen nemo diſcedit, ipſa veritate retinente.

 Do-

a *Ut rationem*: Sic Aldus, & Schottus. Al. *aut rationem*.

b *Sed docemus, probamus, oſtendimus*. Et hæc fatemur in Eccleſia Romana etiamnum fieri; at quare nobis vitio vertatur, equidem me non intelligere, fateor.

c *Nemo a nobis retinetur invitus*: Sub Principibus Eccleſiam Dei perſequentibus, vi, pœnis, ac minis, uti non poterat Eccleſia, ideoque eos, qui veram fidem deſerebant, fraterna adhibita correctione, juſta id, quod Chriſtus Dominus præcepit Matth. XVIII. v. 17., communione cum Fidelibus privabantur; & quales erant Judæis Ethnici, ac Publicani; ſic Schiſmatici, Apoſtatæ, ac Hæretici a Chri-

a Chriſtianis habebantur; teſtibus Scriptura I. ad Corint. ℣. xi. ad Tit. III. ℣. 10. II. Johan. cap. x. ℣. xi. Et Eccleſiaſticis monumentis apud Grotium, Capell. Maldon., alioſque commentariorum in laudatis hiſce locis Scriptores. Sub Principibus autem obſequentibus ſtatim eorum gladios ad transfugas, & deſertores retinendos, ſimulque ad eorum temeritatem compeſcendam, ac frangendam contumaciam adhibuit: vel, ut eos revocaret, ſi poſſet, vel ſaltem, ut aliis conſuleret, ſi non poſſet. Secundum illud Apoſtoli II. ad Corinth. 10. ℣. 7. *In promptu habentes ulciſci omnem inobedientiam, quum impleta fuerit veſtra obedientia.* Ubi vide Interpretes; ac Sanctiſſimas Imperatorum Leges, Titulo de *Hæreticis*.

14

Doceant iſti [a] hoc modo, ſi qua illis fiducia veritatis eſt, loquantur, hiſcant [b], audeant, inquam, diſputare nobiſcum aliquid ejuſmodi [c]: iam profecto ab aniculis, quas con-

a *Doceant iſti*: Bon. *docuiſti*.

b *Loquantur*, *hiſcant* &c. Al. *diſcant*, Al. *dicant* Betulejus heic: *forte diſſerant*. Sed nihil mutandum, *Hiſco* enim verbum inchoativum eſt, & ſignificat illum humani oris motum, quem ſomno, aut tædio, aut interna aliqua cogente vi, affecti, rictus diducendo vel inviti facimus. Translate autem uſurpatur tam *pro ſubmiſſe loqui*, quam pro *os aperire*

contemnunt, & a pueris noſtratibus error illorum, ac ſtultitia ridebitur [d].

rire ad loquendum. Unde Virgil. L. æn. III. ℣.314.
. . . . . . *Vix pauca furenti*
Subjicio, & *raris turbatus vocibus hiſco*.
Cicero Philip. II. *Reſpondebis-ne ad hæc, aut hiſcere audebis?* Liv. L. VI. *nec attollere oculos, aut hiſcere audebant*.

c *Aliquid ejuſmodi*. Bon. *aliquit de ejuſmodi*.

d *Stultitia ridebitur*. Al. *irredebitur*.

15

Quum enim ſint peritiſſimi, Deorumque progeniem, & res geſtas, & imperia, & interitus, & ſepulchra de libris [a] noverint: ipſoſque ritus [b], quibus ſunt initiati, vel ex rebus geſtis hominum, vel ex caſibus, vel etiam ex mortibus [c] natos ſciant: incredibilis dementia eſt, deos putare, quos fuiſſe mortales negare non audeant. Vel ſi tam impudentes [d] fuerint, ut negent, ſuæ illos, ac

a *De libris*: ſæpe diximus, Lactantium: *de* pro *ex* uſurpare.

b *Ipſoſque ritus*: Bon. *ipſoſque hiatus*.

c *Ex mortibus*. Al. *ex motibus*. Al. *ex moribus*. Noſtra lectio communior.

d *Vel ſi tam impudentes*. Bon. *vel ſi tamen impudentes* &c..

ac ſuorum literæ coarguant, ipſa denique illos ſacrorum initia convincant.

16

Sciant igitur vel ex hoc ipſo, quantum interſit inter verum, & falſum, quando ipſi, quum ſint eloquentes, perſuadere non poſſunt [a], imperiti, ac rudes poſſunt [b], quia res ipſa, & veritas loquitur.

a *Perſuadere non poſſunt.* Bon *nos poſſunt.*
b *Imperiti, ac rudes poſſunt.* Oſcitantia amanuenſis librarii noſtri, ut aſſolet, hæc deſunt in noſtro Cod. Bon.

17

Quid ergo ſæviunt, ut ſtultitiam ſuam dum minuere volunt, augeant? longe diverſa ſunt, carnificina, & pietas: nec poteſt aut veritas cum vi [a], aut juſtitia cum crudelitate coniungi.

Sed

a *Nec poteſt aut veritas cum vi, aut juſtitia cum crudelitate conjungi.* Id eſt, non poſſet quis bene cum aliquo agere, ac eidem veritatem aliquam perſuadere, ſi uno impetu, & ſine conſilio, aut authoritate id, quod, facile intelligi non poteſt, credi ab eo ſtatim vellet. Ut appoſite Cicero de *Senect.* quem heic puto reſpexiſſe Lactantium noſtrum

ſtrum : *Non enim viribus , aut velocitatibus , aut celeritate corporum res magnæ geruntur ; ſed conſilio , authoritate , ſententia* &c. Qui Juſtus autem eſt nec quum non parcit , dici poteſt crudelis ; talis quippe homo dicitur, quum rationis terminos puniendo, leges, & modum excedit . Unde Cicero pro Flacco : *Homo* , inquit , *credulitate barbarus* . Quæ Ethnicis Chriſtianos perſequentibus optime quadrant , quum vi tormentorum vellent , ut Dii crederentur Idola, etiam fœdiſſima ; & homines non ſolum iniqui , verum etiam nefanda illorum facinora , adorarentur , tamquam res divinæ .

18

Sed merito non audent de rebus quicquam docere divinis, ne a noſtris derideantur , & a ſuis [a] deſerantur .

a *Et a ſuis* . Al. *&* *ſuis* . Al. *&* *ſuis ipſis* .

19

Nam forte [a] vulgus , cui ſimplex , incorruptumque judicium eſt, ſi myſteria illa [b] cognoſcat in memoriam mortuorum conſtituta ,

P 4

a *Si myſteria illa* : Bonon. *miſeria illa* : Illa myſteria heic ironice appellantur Gentilium Deorum vanitates , atque ſpurcitiæ .

b *Nam fere* : Bon. *nam poene* . Al. *forte* .

ta [c], damnabit, aliudque verius, quod colat, quæret. Hinc.

... *Fida ſilentia ſacris* [d] inſtituta ſunt ab hominibus callidis, ut neſciat populus, quid colat.

Quum

---

c *In memoriam mortuorum conſtituta*. Scilicet mortuorum æternis cruciatibus damnatorum.

d *Fida ſilentia ſacris* Emiſtichium Virgiliani Carminis III. Æn. ℣. 112. Betul. ait: *quæ quum imperarentur*, *dicebatur*: *Favete linguis*: *Vide proverbium*: *Oſtium obdite profani*. *Cum hoc proverbio convenit Canon Pontificius in Decretis de Conſacrat. diſtinct. II.*, *qui arcet plebem a Presbyterio*. Hæc ſanctiſſima diſciplina viguit a primis Eccleſiæ incunabulis, ne ſacra peragentes miniſtri, turbarentur ab iis, qui ſacris initiati non erant; & hoſpes in hiſtoriis Ecclaſiaſticis eſſe debet, & aures habere longe a pervagatis ſemitis perægrinantes, qui ritum hunce ignorat; ſed quid hæc quum Ethnicorum calliditate? Nonne ſtatim ſubdit Lactantius. *Ea ſilentia conſtituta* fuiſſe *ab hominibus callidis*, *ut neſciat populus*, *quid colat*? Reſpiciens, ut bene notant Cellarius, & Walchius, ſacra Cereris, altiſſimo ſilentio celebrari ſolita, de quibus Juſtinus L. v. c. 1. ait: *Myſteria Cereris initiorum ſacra*, *nullo magis quam ſilentio ſolemnia*. At quis umquam dicat nos arcere plebem a Presbyterio, ne videat quid colimus, quum id quod colimus, & modo, quo meliori poſſumus, omnibus colendum oſtendamus, atque oculis omnium perſpicuum proponamus? Non enim Evangelium erubeſcimus; nec umquam id erubuit Eccleſia. Vide diſſ. xxix. cap. xiii.

20

Quum autem nos in eorum doctrinis verſemur, cur nobis aut non credunt, qui utrunque vovimus: aut invident, quia falſis vera prætulimus? *Sed defendenda ſunt*, inquiunt [a], *ſuſcepta publice ſacra*.

a *Sed defendenda ſunt, inquiunt &c.* Vide Cap. viii. Lib. ii. Ubi ſimilis exceptio expenditur. Betulejus recenſita heic lege xii. Tabularum de novis dii, ac eorundem ſacris non habendis. *Neque Pontificii s* inquit, *alium ſuæ tyrannidis prætextum habent, quam futilem quandam temporis præſcriptionem, quum noſtra religio, qua nos defendimus, ſit ἄχρονος*. Veritatem, quam forte ignorabat, invite proferens; nam quum innumeris pene variationibus obnoxiæ ſemper fuerint ſectæ Hæreticorum, inter quas is fuerat innutritus, nullus eſſe poteſt, qui certum religionibus illorum tempus definiat. Id tamen extra controverſiam eſt, earundem nempe conditores Eccleſiæ Catholicæ tranfugas fuiſſe, ac non niſi plurima vitiorum fœce coinquinatos. Ut Diſs. xxxi. Cap. i. diximus.

21

O quam honeſta voluntate [a] miſeri er-

a *O quam honeſta voluntate &c.* Al. *inhoneſta*. Lectio noſtra omnino retinenda eſt; nam honeſtum cenſeri debet, & homine juſto digniſſimum ſuſcepta publi-

errant. Sentiunt enim, nihil eſſe in rebus humanis religione præſtantius, eamque ſumma vi oportere defendi; ſed ut in ipſa religione, ſic in defenſionis genere falluntur.

blice ſacra tueri; ſi ſemel conſtet, ea eſſe rite inſtituta, ac legitime frequentata. At nulla religio præter Catholicam, tali nota gloriari poteſt, quum aliæ omnes, & ſingulæ nec Deum habeant authorem, nec eum probatis ritibus, colant.

22

Defendenda enim religio eſt, non occidendo, ſed moriendo [a]: non ſævitia, ſed patientia [b]: non ſcelere, ſed fide: illa enim malorum ſunt, hæc bonorum. Et neceſſe eſt, bonum in religione verſari, non malum.

a *Non occidendo*, *ſed moriendo*. Al. *ſed monendo* Al. *movendo*. Meliores noſtram retinent lectionem, quæ ſanctiſſimos, invictiſſimoſque Martyres reſpicit, qui veræ Eccleſiæ teſtes veritatis ſunt, quam proprio ſanguine propuguarunt.

b *Sed patientia*. Al. *ſed ſapientia*.

23

Nam ſi ſanguine, ſi tormentis, ſi malo

lo [a] religionem defendere velis, jam non defendetur illa, ſed polluetur, atque violabitur [b]. Nihil eſt enim tam voluntarium, quam religio: in qua ſi animus ſacrificantis averſus eſt, jam ſublata, jam nulla eſt [c].

a *Si malo*. Bon. *ſi male*, Quæ tamen voces recenti charactere immutatæ ſunt; ſed ita ut neſcias quid ſibi reliqua velint. Scilicet *orum . . . um*.

b *Polluetur*, *atque violabitur*. Bon. *polluitur*: *adque violatur*.

c *Jam ſublata, jam nulla eſt*. Sic fere omnes: Bon. *jam ſupplicatio*.

24

Recta igitur ratio eſt, ut religionem patientia, vel morte defendas, in qua fides conſervata, [a] & ipſi Deo grata eſt, & religioni addit authoritatem.

a *Fides conſervata*. Al. *conſecrata*.

25

Nam ſi is, qui in hac terreſtri militia regi ſuo fidem ſervat in aliquo egregio facinore, ſi poſtea vixerit, acceptior fit [a], & cha-

a *Acceptior fit*. Aldus. *fit*.

charior: ſi perierit, ſummam gloriam conſequitur, quod pro duce ſuo mortem occubuerit: quanto magis imperatori omnium Deo fides ſervanda eſt, qui non tantum viventibus, ſed etiam mortuis præmium poteſt virtutis [b] exolvere?

b *Præmium poteſt virtutis*. Bon. *poteſt mortis*.

26

Igitur Dei cultus, quoniam militiæ cæleſtis eſt [a], devotionem maximam, fidemque deſiderat. Quomodo enim Deus [b] aut amabit colentem, ſi ipſe non ametur ab eo: aut quomodo præſtabit [c] precanti quicquid oraverit, quum ad precandum neque ex animo, neque [d] obſervanter accedat?

a *Militiæ Cæleſtis eſt*. Al. *militia*.

b *Quomodo enim Deus*. Bon. ſecundam vocem non habet.

c *Si ipſe non ametur ab eo, aut quomodo præſtabit &c.* Bon. *non ametur Deus autem &c.* Al. *omittunt quomodo*.

d *Obſervanter*. Al. *obſecranter*. Al. *obſequenter*.

27

Iſti autem [a], quum ad ſacrificandum ve-

a *Iſti autem*. Bon. *Iſti enim*.

veniunt, nihil intimum, nihil proprium diis ſuis offerunt, non integritatem mentis, non reverentiam [b], non timorem. Peractis itaque ſacrificiis inanibus, omnem religionem in templo, & cum templo, ſicut invenerant [c] relinquunt, nihilquæ ſecum ex ea [d] neque afferunt, neque referunt.

---

b *Non reverentiam, non timorem*. Al. *in timore*.
c *Sicut invenerant*. Al. *ſicuti venerant*.
d *Ex ea*. Nempe Religione falſa, & inani. Bon. autem hæc verba non habet.

28

Inde eſt, quod ejuſmodi religiones neque bonos facere poſſunt, neque firmos, atque immutabiles [a]. Traducuntur itaque ab his homines [b] facile, quia nihil ibi ad vitam, nihil ad ſapientiam, nihil ad fidem diſcitur.

---

a *Neque firmos atque immutabiles eſſe*. Al. *neque firmas, atque immutabilis eſſe*. Al. *neque firmos, aut immutabiles*. Al. *ac*. Al. *ad immutabilis*. Al. *immobiles eam*.
b *Ab his homines*. Bon, *ab his hominibus*.

29

Quæ eſt enim ſuperſtitio illorum Deorum? quæ vis? quæ diſciplina? quæ origo? quæ

quæ ratio? quod fundamentum? quæ ſubſtantia? Quo tendit? aut quid pollicentur, ut ab homine poſſit fideliter ſervari, fortiterque defendi? In qua nihil aliud video, quam ritum ad ſolos digitos [a] pertinentem.

---

a *Quam ritus ad ſolos digitos &c.* Vide ſupra ad Cap. xvii. Al. xviii. Seg. 11.

30

Noſtra vero religio eo firma eſt, & ſolida & immutabilis, quia juſtitiam docet, quia nobiſcum ſemper eſt, quia tota in animo colentis eſt, quia mentem ipſam pro ſacrificio habet. Illic nihil exigitur aliud, quam ſanguis pecudum, fumus, et inepta libatio: Hic bona mens, purum pæctus, innocens vita: illuc veniunt, ſine delectu adulteræ, lenæ procaces [a], obſcænæ meretrices, veniunt gladiatores, latrones, fures, venefici, & precantur nihil aliud, quam ut ſcelera impune committant [b].

Quid

---

a *Lenæ procaces.* *A Procando*, I. e. *poſcendo*. Feſtus *Procari*: inquit, *poſcere eſt*; unde & *Proci*, & *Procaces meretrices ab aſſidue poſcendo*. Bun.

b *Impune committant &c.* Al. *committat* .... *occidat*.

31

Quid enim latro ſacrificans, aut gladiator roget, niſi ut occidant? Quid venenarius [a], niſi ut fallat? Quid meretrix, niſi ut plurimum peccet? Quid adultera, niſi ut mortem viri optet [b], aut ut ſua impudicitia celetur? Quid lena, niſi, ut multos bonis exuat? Quid fur, niſi ut plura compilet?

a *Quid venenarius*. Al. cum Schotto *fænerarius*. Male; nam reſpondet voci antecedenti: *venefici*.

b *Niſi ut mortem viri optet, aut &c.* Bon. Tò *optet* non habet.

32

Hic vero [a] etiam levi, communique peccato locus eſt nullus. Et ſi quis ad ſacrifi-

a *Hic vero . . . & ſi quis ad ſacrificium . . . venerit*. Bunem. ad prima hæc verba annotavit *ſcilicet apud Chriſtianos*. Bene, immo optime, ſed quare ex ſubſequentibus non intulit? Ergo apud Chriſtianos verum ſacrificium ſemper fuit, ad quod illi venientes audiebant divina eloquia, quibus juſti bene ſperare, peccatores vero pænas timere quotidie jubebantur, Id autem præcipue, quod ait Apoſt. 1. ad Corinth. XI. 29. *Judicium ſibi manducat, & bibit* &c. Vide diſſ. XXXV. cap. II. §. V. Betulejus ſacrificium cordis heic obtrudit; oculos contra lucem obſirmans.

ficium non integra conſcientia venerit, audit, quæ illi Deus comminetur [b]: ille, qui latebras cordis videt, qui peccatis ſemper infectus eſt, & exigit juſtitiam, qui fidem poſcit. Quis hic malæ menti, aut malæ preci locus eſt?

b *Audit, quæ illi Deus comminetur*. Bon. primam vocem non habet. Al. *comminatur*. Comminatio, de qua heic Lactantius loquitur, eſt illa, de qua Paulus ubi ſupra.

33

At illi infelices, nec ex ſceleribus [a] ſuis intelligunt, quam malum ſit, quod colunt, quandoquidem flagitiis omnibus inquinati, veniunt ad precandum: & ſe pie ſacrificaſſe opinantur [b], ſi cutem laverint [c], tanquam li-

a *Nec ex ſceleribus* &c. Bon. præpoſitione caret.

b *Et ſe pie ſacrificaſſe opinantur*, *ſi* &c. Bon. *&* *ſæpe ſacrif. opin. ut ſi* &c. Al. *ſacrificare*. Sic etiam Schottus.

c *Si cutem laverint*. Aqua peccata expiari, putabant Ethnici; ut diximus diſſ. XXVII. cap. XVI. §. IX. Adde Ciceron. de Legib. cap. X. Lib. II. & Turneb. ibidem: Tauban. ad Virgil. L. II. æn. ℣. 720., & Servium ad Lib. IV. æn. ℣. 635. heic a Bunem. laudatus, & Tertul. *de baptiſ.* cap. V. Clem. Alex. L. VII. *Strom.* Alioſque.

libidines intra pectus incluſas ulli amnes [d] abluant, aut ulla maria purificent.

d *Ulli amnes*. Schottui *omnes*.

34

Quanto ſatius eſt, mentem potius eluere [a], quæ malis cupiditatibus ſordidatur, & uno virtutis [b], ac fidei lavacro univerſa vitia depellere [c]? Quod qui fecerit, quamlibet inquinatum [d], ac ſordidum corpus gerat, ſatis purus eſt.

a *Eluere*. Schottus *abluere*.
b *Virtutis*. Schottus *veritatis*.
c *Univerſa vitia depellere*: Sic omnes præter Bon. qui legit *pellere*.
d *Quamlibet iniquitatem*. Al. *quantumlibet iniquitatis*. Al. *quemlibet*, aut *quodlibet*, deleta in nonnullis ultima voce.

CAP. XXI.

I

Ipſi autem [a], quia neſciunt, vel quid, vel quomodo [b] ſit colendum, cæci, & im-

Q

a *Ipſi autem*. Al. *Iſti autem*.
b *Vel quid, vel quomodo*. Al. *quid, ubi, quomodo*.

Na-

imprudentes in contrarium cadunt. Adorant itaque hoſtes ſuos, latrones, & interfectores ſuos victimis placant, & animas ſuas cum thure ipſo cremandas, aris [c] deteſtabilibus imponunt.

Nota heic, Lactantium non ſolum de eo quod colendum eſt; ſed etiam de modo fuiſſe ſolicitum.

c *Aris deteſtabilibus*. Sic recenti manu in noſtro Bon. Codice emendatum eſt, ubi videtur antea ſcriptum eſſe: *ſacris* &c.

2

Iraſcuntur etiam miſeri, quod non ſimiles alii pereant [a], incredibili mentium cæcitate. Quid enim videant, qui Solem non vident? Quaſi vero ſi Dii eſſent, indigerent hominum auxilio, adverſus contemptores ſuos. Quid ergo bonis [b] iraſcuntur, ſi illi nihil poſſunt? niſi, quod ipſi Deos ſuos deſtruunt de quorum poteſtate [c] diffidunt, ma-

a *Quod non ſimiles aliis pereant*. Schottus: *non ſimiliter, ut alii pereant*, quam lectionem cæteris antepono. Al. *ſimiles aliis* &c. Al. omiſſa voce media: *ſimiles pereant*. Heum. ſuo arbitrio de more: *ſimul, & alii pereant*.

b *Quid ergo bonis* &c. Sic etiam Aldus. Al. *quid ergo nobis*:

c *Quorum poteſtate*. Al. *quorum* &c. Al. *poteſtati*.

magis irreligioſi, quam qui omnino non colunt.

3

Cicero in ſuis legibus [a], quum caſte ad ſacrificia præciperet accedere: *Pietatem*, inquit, *adhibento*, *opes amovento* [b]: *qui ſecus faxit*, *Deus ipſe vindex erit*.

---

a *Cicero in ſuis legibus*: Scilicet L. II. *de Legibus* cap VIII. ex Leg. XII. Tabul.

b *Adhibento*, *opes amovento*: Sic in Mss., & editis Ciceronis operibus. Al. *Adhibeto....amoveto*. Heum. *opus amovento*; quam lectionem merito reprobat Bunem. Betulejus vero, recitata Socratis ſententia *ex Alcibiade II.* Platonis, additiſque Perſii verſibus ex Satyra ii., quas Lib. ii. cap. IV. cum Lactantio expendimus: *Obſervent*, inquit, *hic Romanæ Religionis Antiſtites*, *quid a Gentilium idololatris differant*, *& quam longe a vero Dei cultu deſciverint*; *& diſcant aliquando*, *miſſa ſuperſtitione væſana*, *ſana Chriſtianiſmi dogmata non hoſtiliter perſequi*. Vere delirum caput, cujus mens pravis labefactata erroribus, infidelium quorundam ſpeculorum inſtar, pulcherrimas deformantium imagines, ſpectra videt, & horret, ubi ſobria cogitatio delectatur, Deo gratias agens, quod Gentes inter, & hæreticos ſibi medium ab extremis minime contaminatum, tenere conceſſerit.

4

Recte hoc quidem. Neque enim fas eſt,

 de-

deſperare de Deo, quem ideo colas, quia potentem putes [a]. Nam quomodo vindicare injuriam colentis ſe poteſt, ſi ſuam [b] non poteſt?

a *Quia potentem putes*. Sic omnes præter Bonqui legit: *quia poteſtatem* &c.
b *Colentis ſe poteſt, ſi ſuam* &c. Bon. *colentis poteſt, niſi* &c.

5

Libet igitur ex his quærere, cui potiſſimum præſtare ſe putent [a], cogendo invitos ad ſacrificium? Ipſis ne, quos cogunt? at non eſt beneficium, quod ingeritur recuſanti: *ſed conſulendum eſt etiam nolentibus* [b], *quando quid ſit bonum, neſciunt*.

a *Præſtare ſe putent*. Schottus addit *beneficium*. Al. *præſtare ſupputent*.
b *Sed conſulendum eſt etiam nolentibus* &c. Scilicet ut quæ bona ſunt velint, & noſcant, quæ ignorant. Bon. *ſed conlendum*. Hæc ex adverſo dicta diverſo recitavimus charactere.

6

Cur ergo tam crudeliter vexant, cruciant, debilitant [a], ſi ſalvos volunt? aut unde

a *Debilitant* &c. Bon. *debilitamen*, quæ vox recentiori manu male correcta eſt.

unde pietas tam impia, ut eos miſeris modis aut perdant, aut inutiles faciant, quibus velint eſſe conſultum?

7

An vero Diis præſtant? at non eſt ſacrificium [a], quod exprimitur invito. Niſi enim ſponte, atque ex animo fiat, execratio eſt, quum homines proſcriptione, injuriis, carcere, tormentis adacti, faciunt.

a *At non eſt ſacrificium* &c. Bene heic Bunem. Tertullianum laudat ad Scapulam ſcribentem: *Nihil præſtabitis diis veſtris; ab invitis enim ſacrificia non deſiderabunt*; Sed incongrue queruntur Heterodoxi quum, putant, Eccleſiam Romanam id agere, aut aliquando egiſſe: utpote quæ veram in homine libertatem aſſerit, propugnat, & dirigit docendo indoctos, conſulendo inſipientibus, monendo devios, puniendo tranſfugas, cogendo neminem, niſi quum Chriſtus juſſerit: *coge intrare*.

8

Si Dii ſunt iſti, qui ſic coluntur, vel propter hoc ſolum colendi non ſunt [a], quod ſic coli volunt: digni ſcilicet deteſtatione hominum, quibus cum lachrymis, cum ge-

a *Colendi non ſunt, quod*: Hæc verba omiſſa ſunt oſcitanti codicis noſtri librario.

gemitu, cum ſanguine de membris omnibus fluente libatur.

9

At nos contra, non expetimus, ut Deum noſtrum, qui eſt omnium creator, velit, nolit, colat aliquis invitus [a], nec, ſi non coluerit, iraſcimur. Confidimus enim majeſtati ejus, qui tamen contemptum ſui poſſit ulciſci, quam etiam [b] ſervorum ſuorum labores, & iniurias.

a *Qui eſt omnium creator, velit, nolit colat aliquis invitus.* Sic nobiſcum Aldus, Schottus, & meliores plerique. Al. omittunt quartam vocem. Al. legunt. *velint, nolint:* Al. ordinem verborum immutant.

b *Quam etiam* &c. Al. adverbium non habent. Heum.: *Male*, inquit, *Cellarius hoc* etiam *inſervit, quod monachum magis ſapit, quam Lactantium*. Sic de more temeritatis ſuæ indicia ſpargit.

10

Et ideo quum tam nefanda perpetimur, ne verbo quidem reluctamur. Sed Deo remittimus ultionem, non ut ii faciunt, qui defenſores Deorum ſuorum [a] videri volunt, & ſæ-

a *Qui defenſores Deorum ſuorum:* Al. *qui defenſores eſſe*, *Deorum ſuorum*. Aldus noſtram retinet lectionem.

& ſæviunt efferate adverſus non colentes.

11

Ex quo intelligi datur [a], quam non ſit bonum, Deos colere, quoniam bono potius [b] adducendi homines ad bonum fuerant, non malo. Sed quia illud malum eſt [c] etiam officium ejus bono caret.

a *Intelligi datur*. Hanc formulam apud ſolos Eccleſiaſticos reperit Bunem.

b *Quoniam bono potius:* Al. Tò potius non habent.

c *Sed quia illud malum eſt .... bono caret*. Sic Mss., & prælo editi omnes libri, adverſus quos Heum. dictatorio more: *Gloſſema*, inquit, *quod dictionis ſuæ diverſitate a Lactantiana, velut ſorex ſe prodit*.

12

At enim puniendi ſunt [a], *qui deſtruunt religiones*. Num pejus [b] nos deſtruimus, quam natio Aegyptiorum [c]? qui turpiſſimas beſtiarum, ac pecudum figuras colunt, quædam etiam pudenda dictu, tanquam Deos adorant.

a *At enim puniendi ſunt* &c. Etiam hanc adverſariorum inſtantiam diverſimode ſcribi curavimus.

b *Num pejus*: Bon. *Non potius*.

c *Natio Ægyptiorum* &c. vide diſſ. XXVII. c. V. §. I. ſ. ubi de diis Ægyptiis egimus.

rant. Num pejus quam iidem ipſi? qui, quum Deos colere ſe dicant, tamen eos publice, turpiterque derident, de quibus etiam Mimos agi [d] cum riſu, & voluptate patiuntur.

d *Mimos agi*. Al. *per mimos agi*: quod Bunemannus jure improbat, nam heic Lactantius non de actoribus comœdiarum loquitur; ſed de fabulis ipſis, quas quum repræſentabant inductæ perſonæ ad riſum concitando ſpectatores, *mimos agere*: dicebantur.

13

Qualis hæc religio, aut quanta majeſtas putanda eſt, quæ adoratur in templis, illuditur in theatris? Et qui hæc fecerint [a], non pœnas violati numinis pendunt, ſed honorati etiam, laudatique diſcedunt. Num pejus nos deſtruimus, quam quidam Philoſophi, qui omnino nullos eſſe Deos [b] ajunt, ſed omnia ſua ſponte nata, omnia fortuitu [c] fieri, quæ geruntur?

Num

a *Et qui hæc fecerint*: Bon. *& qui hoc*.
b *Nullos eſſe Deos*. Al. *nullos Deos eſſe*;
c *Sua ſponte eſſe nata, omnia fortuitu*. Al. Tò *eſſe* non *habent*. Al. *fortuito*.

14

Num pejus quam Epicurei [a], qui eſſe quidem deos, ſed curare quicquam negant, neque iraſci eos, neque gratia commoveri?

a *Epicurei*. De iis ad Lib. I., & alibi diximus iterumque in Diſſertatione XL. locuturi ſumus.

15

Quibus dictis utique perſuadent colendos omnino non eſſe: ſiquidem nec colentes reſpiciunt, neque non colentibus iraſcuntur. Præterea quum contra metus diſſerunt, nihil aliud efficere conantur, quam, ut nemo Deos timeat. Et hæc tamen ab hominibus [a] & audiuntur libenter, & diſſeruntur impune [b].

a *Ab hominibus*. Al. *ab omnibus*.
b *Et diſſeruntur impune*. Bon. *diſſerentur inpune*.

CAP. XXII.

1

NOn ergo ideo adverſus nos inſaniunt, quia Dii non coluntur a nobis [a], ſed quia

a *A nobis*. Bon. hæc, & illa, quæ in aliis leguntur: *a multis enim non coluntur*. Non habet ſ Aldus vero iſta delevit, ſed Tò *a nobis retinuit*.

quia veritas penes nos eſt, quæ (ut eſt veriſſime dictum) *odium parit* [b].

b *Odium parit*. Adagium Terentianum eſt *ex Andria* deſumptum, quod iterum heic Lactantius adhibet.

2

Quid igitur exiſtimabimus, niſi neſcire illos, quid patiantur [a]? Pergitur enim cæco [b], & irrationabili furore; quem nos videmus, illi neſciunt.

a *Neſcire illos, quid patiantur*. Elegantiſſime dictum de Chriſtianorum vere Catholicorum hoſtibus, in eos, dictis, factiſque furentibus; nam tamquam multa febre delirantes, ignorant, quæ ob graviſſimum ſanguinis ardorem patiuntur, dum ſibi, vel aliis violentas manus injiciunt; ſic propedum illi ira irrationabiliter perciti, & furore quodam mentis inſani, fideles Chriſti omni, quo poſſunt modo vexant, exagitant, traducunt, non videntes quam longiſſime a veritate, ac ab humanitate aberrent, quum iſta comminiſcuntur.

b *Pergitur enim Cæco*, &c. Al. *Perciti enim perferuntur Cæco* &c. Ex hoc Capite apparet, ſcribente hunc librum Lactantio, decennalem perſecutionem ſub Diocletiano, aliiſque collegis ejus perduraſſe.

3

Non enim ipſi homines perſequuntur, qui

qui cauſſam, cur iraſcantur innocentibus, non habent: ſed illi ſpiritus contaminati, ac perditi, quibus veritas & nota eſt, & inviſa, inſinuant ſe mentibus eorum [a], & inſtigant neſcios in furorem.

a *Inſinuant ſe mentibus eorum.* I. E. Phantaſiæ; cæteriſque ſenſibus internis, & quidem corporeis, a quibus mens, tamquam a miniſtrantibus phantaſmata in hac mortali vita dependet. Non enim ultra poteſt diabolus vires ſuas exercere, ut in diſſ.xxvi. cap.ii.§.xviii.dicturi ſumus.

4

Hi enim, quandiu pax eſt in populo Dei, fugitant juſtos [a], & pavent: & quum corpora hominum occupant, animaſque divexant, adjurantur ab his, & nomine Dei uri fugantur.

a *Fugitant juſtos:* A quibus, ut heic, & alibi dixit Noſter, fugantur, atque torquentur.

5

Quo audito tremunt, exclamant, & uri ſe, verberarique teſtantur: & interrogati, qui ſint, quando venerint, quomodo in hominem irrepſerint, confitentur. Sic ex-

extorti & excruciati virtute divini nominis exulantur [a].

a *Exulantur*. Schottus: *exſolvantur*. Al. *exulant*, vel *exultant*, vel *exululant*, *exſolantur*, *expellun-tur*. Pro noſtra lectione Bunem. lectorem ablegat ad Munckerum nota (b) in Fabul. XXVI. Hygini &c.

6

Propter hæc verbera, & minas, ſanctos & juſtos viros ſemper oderunt. Et quia per ſe nocere his nihil poſſunt, publicis eos odiis perſequuntur, quos ſibi graves ſentiunt: exercentquæ ſævitiam, quam violentiſſime [a] poſſunt, ut, aut eorum fidem minuant per dolorem, aut ſi id efficere non quiverint, auferantur omnino [b] de terra, ne ſint qui poſſint eorum nequitiam coercere.

a *Quam violentiſſime*. Al. *violatiſſime*. Al. *evidentiſſime*.
b *Auferantur omnino*. Sic etiam Schottus. Al. *auferant*.

7

Non me fugit, quid reſponderi e contrario poſſit. *Cur ergo Deus* [a] *ille ſingularis, ille*

a *Cur ergo Deus* &c. diverſo hæc charactere notavimus, ob rationem ſupra indicatam ſeg. 6. & 12. cap. antecedentis.

ille magnus, quem rerum potentem [b] *, quem Dominum omnium confiteris, hæc fieri patitur: nec cultores ſuos aut vindicat, aut tuetur? Cur denique, qui eum non colunt, & opulenti* [c], *& potentes, & beati ſunt, & honoribus, regnoque potiuntur, eoſque ipſos ditioni ſuæ, ac poteſtati ſubiectos habent.*

b *Quem rerum potentem*. Heum. mallet: *rerum potientem*. Al. *regem potentem*. Sed nihil mutandum; nam *potens*, aut *potentes rerum*; latini optimi dixerunt, ut ſcite annotavit heic Bunem.

c *Et opulenti*. Al. primam copulam omittunt.

8

Reddenda & hujus rei ratio eſt [a], ne quid remaneat erroris. Nam in primis hæc cauſſa eſt, cur exiſtimetur religio [b] Dei vim non habere, quod inducuntur homines ſpecie terrenorum, ac præſentium bonorum, quæ ad curam mentis nullo modo pertinent: quibus quia carere [c] juſtos vident, & affluere injuſtos: & Dei cultum inanem arbitrantur,

a *Reddenda & hujus rei ratio eſt*. Tò *rei* non habetur in Bon.

b *Religio dei vim non habere*: Al. *religio Dei vivi*.

c *Quibus quia carere* &c. prima vox non legitur in noſtro Ms. Cod.

tur, in quo ineſſe illa non cernunt, & Deorum ritus exiſtimant veros [d], quoniam cultores eorum & divitiis, & honoribus, & regnis fruantur.

d *Exiſtimant veras*: Sic Aldus, & Schottus nobiſcum. Al. *æſtimant*.

9

Verum ii, qui ſunt in hac exiſtimatione, non perſpiciunt altius vim, rationemque hominis, quæ non in corpore [a], ſed in mente eſt.

a *Quæ non in corpore* &c. Sic etiam Aldus. Al. *quæ tota non* &c.

10

Nihil enim vident amplius, quam videtur; corpus ſcilicet [a], quod, quia oculis, ma-

a *Quam videtur*; *corpus ſcilicet*, *quod*, *quia oculis*, *manuque tractabile* &c. Sic ex noſtro Ms. Cod. Aldo, & Schotto hanc lectionem reſtituo apud alios fere omnes depravatam, & confirmo quæ icta ad me ſunt ad cap. 1. ſeg. 15. *de Opif. Dei*, & Lib. II. cap. VI. ſeg. 6. Al. *amplius quam videtur*, Iſæus: *videntur*, *corpus ſcilicet*, *quod videtur*. Al. *quod quia videtur*.

manuque tractabile eſt, imbecillum, fragile, mortale eſt: cujus ſunt illa omnia bona, que cupiditati, ac miraculo ſunt, opes, honores, imperia, quoniam corpori afferunt voluptates, & ideo tam caduca ſunt, quam corpus ipſum.

§ 11 §

Animus vero, in quo ſolo eſt homo [a], quoniam ſubjectus oculis non eſt, nec bona ejus aſpici poſſunt [b], quæ in ſola virtute ſunt poſita: & ideo tam ſtabilis, & conſtans, & perpetuus ſit neceſſe eſt, ſicut ipſa virtus, in qua eſt animi bonum.

---

a *In quo ſolo eſt homo*. Al. *ſolus eſt homo*. Scilicet *quo homo conſtituitur animal rationale*, ut in diſſ. xxv. cap. VII. §. IV. oſtendimus ad amoliendas quorundam contra Lactantium conjecturas.

b *Aſpici poſſunt*. Al. *inſpici*.

CAP. XXIII. Al. XXII.

§ 1 §

Longum eſt, univerſas virtutis ſpecies [a] promere, ut de ſingulis doceam, quam

---

a *Univerſas virtutis ſpecies*. Al. *virtutum*.

quam neceſſe ſit, ſapientem, ac juſtum virum longe ab illis omnibus bonis abhorrere [b]: quibus quia fruuntur injuſti, Deorum cultus veri, & efficaces eſſe creduntur.

b *Longe ab illis bonis abhorrere*. Schottus: f. *abeſſe*. Al. *ab illis omnibus bonis* &c.

2

Quod ad præſentem pertinet quæſtionem, ſatis eſt, ſi ex una virtute id probemus, quod intendimus. Nempe magna, & præcipua virtus eſt patientia, quam pariter & vulgi voces publicæ, & Philoſophi, & Oratores ſummis laudibus concelebrant [a].

a *Summis laudibus concelebrant*. Sic fere Mss. omnes, præter Bon. qui legit: *celebrant*.

3

Quod ſi negari non poteſt, quin ſumma ſit virtus: neceſſe eſt, juſtum, & ſapientem virum in poteſtate eſſe hominis injuſti, ut capiat patientiam [a]. Patientia eſt enim ma-

a *Ut capiat patientiam*: Scilicet, *fiat patiens*.

malorum, quæ aut inferuntur, aut accidunt, cum æquanimitate perlatio [b].

b *Perlatio*. Hoc eodem ſenſu adhibuit hanc vocem Lactantius L. iii. cap. xi. ſeg. 9., in quo vix invenies aliquem, qui eam uſurpaverit. A verbo tamen *perfero* rite deducitur, ut apparet ex Hyg. L. 1. *Poet. Aſtron.* ibi *cauſſamque ad ſidera perlationis oſtendimus*. In Bon. hocce vocabulum punctis quibuſdam inſignitur, & eſt ſemi-deletum.

4

Ergo juſtus, ac ſapiens [a], quia virtutem capit, habet in ſe patientiam, qua carebit omnino, ſi nihil patiatur [b] adverſi. Contra, qui in rebus proſperis agit, impatiens [c] eſt, & virtute maxima caret.

a *Ergo juſtus, ac ſapiens .... patientiam*. Bon. *Ergo juſtus, ac quia virtutem .... ſapientitem*. Al. addunt: *ipſe*.

b *Si nihil patiatur*. Al. *patietur*.

c *Impatiens*: I. E. *qui nihil patitur*. Ut mox Lactantius exponit. Seneca alio ſenſu hac voce uſus eſt, inquiens Epiſt. ix. *Impatiens eſt, qui reſpuit omnis mali ſenſum*. Ut ſcite notavit Bunem.

5

Impatientem dico, quia nihil patitur. Innocentiam quoque ſervare non poteſt, quæ

R &

& ipſa juſto [a], ac ſapienti viro propria virtus eſt.

a *Quæ & ipſa juſto, ac ſapienti*. Bon. *quia & ipſa* &c. Al. *& ſapienti*.

6

Sed & nocet ſæpe, & concupiſcit aliena, & rapit, quæ cupierit per injuriam: quia virtutis expers, vitio, peccatoque ſubiectus eſt, & fragilitatis oblitus [a], animo inſolenter [b] elato tumet. Inde injuſti, ac Deum neſcientes, & divitiis, & potentia, & honoribus florent. Hæc enim cuncta, injuſtitiæ præmia ſunt [c], quia & perpetua eſſe non poſſunt, & per cupiditatem, violentiamque quæruntur.

a *Subjectus eſt, & fragilitatis oblitus* &c. Al. *ſubjectus eſt: dominari affectat in liberos, quia temperantiam non habet, & fragilitatis* &c. Bon. *& fragilitas oblitus*.

b *Animo inſolenter elato*. In Bon. Ms. Codice prima vox recenti manu correcta eſt; pro ultima vero habet: *elatum*.

c *Injuſtitiæ præmia ſunt*. I. E. Stipendium, quod a vitiis, quibus homines ſerviunt, tamquam mercedem, conſequuntur. Eodem ſenſu, quo Apoſtolus dixit: Mortem eſſe peccati ſtipendium

7

Juſtus vero, ac ſapiens, quia *illa* omnia, *hu-*

humana, (ut eſt a Lælio dictum) [a] *ſua bona*, *divina judicat*: nec alienum quicquam concupiſcit, ne quem contra jus humanitatis lædat omnino: nec ullam potentiam, honoremve deſiderat, ne cui faciat injuriam. Scit enim cunctos ab eodem Deo, & eadem conditione generatos [b], jure fraternitaris eſſe conjunctos.

---

a *Omnia humana*, *ut eſt a Lælio dictum*. Al. *humana ſunt*. Lælius ille idem eſt, quem ſuperius contra Furium apud Ciceronem diſputantem Noſter laudavit.

b *Ab eodem Deo*, *& eadem conditione generatos*. Al. *& ab eodem conditore*. Vide L. v. c. xiv. &c.

8

Sed & ſuo contentus, & parvo [a], quia fragilitatis ſuæ memor, non amplius quærit, quam unde vitam ſuſtentet, & ex eo quod habuerit, impertit [b] etiam non habenti, quia pius eſt.

---

a *Sed & ſuo contentus*, *& parvo*. Heum. mallet, *contentus eſt*, *& parvo*.

b *Et ex eo*, *quod habuerit*, *impertit*. Al. *ex eo ipſo* &c. Al. *expertit*; *vel impertitur*, aut *impartitur*.

9

Pietas autem ſumma virtus, eſt [a]. Ac-

 ce-

---

a *Pietas autem ſumma virtus eſt*. Bon. ultimam de-

cedit quod voluptates [b] caducas, vitioſaſque contemnit, quarum cauſſa [c] opes appetuntur, quoniam continens eſt, ac libidinum victor. Idem nihil tumoris, atque inſolentiæ [d] gerens, non extollit ſe altius, nec erigit ſuperbum caput, ſed placidus, & concors, & communis & planus eſt [e], quia conditionem ſuam novit.

delet vocem, & copulam ſequentem. Thom. *Pietas etiam* &c: Nobiſcum legunt Schottus, & Aldus.

b *Accedit quod voluptates*. Al. *& accedit*. Is, *& accidit ex eo*.

c *Quarum cauſſa*. Schottus; *quarum cura*.

d *Atque inſolentiæ*. Al. *ac inſolentiæ*.

e *Et communis, & planus eſt*. Schottus; *& plane communis eſt* Al. *& comis, & planus eſt*. Bon. *eſt commatus* &c. *Communis* heic valet *æqualis* etiam iis, qui infimi dicuntur: *planus* autem, humilem ſignificat.

10

Quum ergo injuriam nulli faciat, nec aliena cupiat, nec ſua quoque, ſi vi [a] auferantur, defendat, quum ſciat etiam illatam injuriam [b] moderate ferre, quia virtute præ-

a *Nec aliena cupiat, nec ſua quoque, ſi vi* &c. Bon. *ſibi*. Iſæus: *nec aliena rapiat*. Schottus: *ſed nec ſua*.

b *Illatam injuriam*: Bon. prima caret voce, quam alii omnes retinent.

prăditus eſt : neceſſe eſt , juſtum hominem ſubiectum eſſe injuſto , & contumeliis affici ab inſipiente ſapientem [c] , ut & ille peccet , quia injuſtus eſt , & hic in ſervitutem abeat [d] , quia juſtus eſt .

c *Ab inſipiente ſapientem* . Bon. non habet Tò *ſapientem* .

d *Et hic in ſervitutem abeat* . Bun. ex Betulejo : *in ſe virtutem habeat* ; quæ lectio valde probanda eſſet ſi ex Mss. Codicibus haberetur . At nos fruſtra in illis eam quæſivimus .

11

Si quis autem volet ſcire plenius , cur malos , & injuſtos , Deus , potentes , beatos , & divites fieri ſinat , pios contra humiles , miſeros , inopes eſſe patiatur , ſumat eum Senecæ librum, cui titulus eſt [a]. *Quare bonis viris multa mala accidant , quum ſit providentia* . In quo ille multa , non plane imperitia ſæculari , ſed ſapienter , ac pene divinitus elocutus eſt .

a *Librum , cui titulus eſt* : Aldus . *Titulus fuit* . Iſte liber non idem eſſe videtur , qui inter Senecæ opera etiamnum *de Providentia* inſcribitur ; vel verba iſta ex eo exciderunt .

12

Deus , inquit [a] , *homines pro liberis ha-*

a *Deus*, inquit, *homines pro liberis* &c. Cicer.L.iii. *de Offic.* ſimilia habet , ut bene heic annotavit Iſæus .

habet: ſed corruptos, & vitioſos, luxurioſe, ac delicate patitur vivere, quia non putat emendatione ſua dignos. Bonos autem, quos diligit, caſtigat ſæpius, & aſſiduis laboribus ad uſum virtutis exercet, nec eos caducis, ac mortalibus bonis corrumpi, ac depravari ſinit.

13

Unde nec mirum [a] debet videri ſi pro noſtris ſæpe delictis caſtigamur a Deo. Immo vero, cum vexamur, ac premimur, tum maximè gratias agimus indulgentiſſimo patri, quod corruptelam noſtram non patitur longius procedere, ſed plagis, ac verberibus emendat. Ex quo intelligimus, eſſe nos Deo curæ, quibus quum peccamus [b], iraſcitur.

a *Unde nec mirum* &c. Al. *unde nemini.* Aldus legit nobiſcum.

b *Quibus quum peccamus* &c. Al. *primam vocem non habent.* Bon. caret particula *quum.* Al. *quoniam quum.*

14

Nam quum poſſet populo ſuo & opes, & regna largiri, ſicut dederat ante Judæis, quorum nos ſucceſſores, ac poſteri ſumus [a]: id-

a *Quorum nos ſucceſſores. & poſteri ſumus.* Eodem

iccirco eum voluit ſub aliena ditione, atque imperio degere, ne de rerum [b] proſperamur felicitate corruptus [c], in luxuriam laberetur, ac Dei præcepta contemneret, ſicut illi majores noſtri, qui ſæpe terrenis, ac fragilibus his bonis enervati, aberraverunt [d] a diſciplina, & legis vincula ruperunt.

---

dem nimirum ſenſu, quo ſuperius Lib. IV. expoſuimus contra Gallæum, qui iterum heic eandem notam obtrudit.

b *Ne de rerum*. Al. *ne rerum*. Aldus legit nobiſcum.

c *Corruptus laberetur*. Bon. *corrupti laberentur*.

d *Aberraverunt*. Al. *aberrarunt*.

15

Providit ergo [a] quatenus cultoribus ſuis præſtaret quietem, ſi mandata ſervaſſent, & tamen eos emendaret, ſi præceptis non obtemperaſſent.

---

a *Providit ergo*. Al. addunt: *Deus*.

16

Itaque ne tam currumperentur otio, quam patres eorum licentia; premi eos voluit ab iis, in quorum manibus eos collocavit,

vit, ut & labantes [a] confirmet, & corruptos [b], ad fortitudinem reparet, & fidos experiatur, ac tentet.

a *Ut & labantes*. Bon. *laambentes*. Al. *ut non labantes*. Al. *ut eos labentes*.
b *Et corruptos*. Al. *& correptos*.

17

Quomodo enim [a] poteſt imperator militum ſuorum probare virtutem, niſi habuerit [b] hoſtem? Et illi tamen adverſarius exurgit invito, quia mortalis eſt, & vinci poteſt. Deo autem quia repugnari non poteſt, ipſe adverſarios nomini ſuo excitat, non qui contra ipſum Deum pugnent, ſed contra milites ejus, ut devotinem, ac fidem ſuorum vel probet, vel corroberet, donec preſſura, & verberibus [c] defluentem corrigat diſciplinam.

Eſt

a *Quomodo enim*. Bon. *quomodo ergo*.
b *Niſi habuerit*: Sic omnes præter Bon. ubi legitur *habuerint*; ſed quæ ſequuntur magis aliorum lectioni congruunt.
c *Preſſura, & verberibus*. Sic Aldus quoque, & Schottus. Al. *preſſuræ verberibus*. Al. *præſſuræ, ac verberibus*.

18

Eſt & alia cauſſa, cur adverſum nos perſecutiones fieri ſinat [a], ut Dei populus augeatur. Nec eſt difficile moſtrare, cur, aut quomodo id fiat.

a *Id fiat*. Al. *illud fiat*. Aldus noſtram præfert lectionem.

19

Primum, fugantur a Deorum cultibus plurimi, odio crudelitatis [a]: qui enim talia ſacrificia non horreant? Deinde placet quibuſdam virtus, ac fides ipſa. Nonnulli ſuſpicantur, Deorum cultum non ſine cauſſa malum putari a tam multis [b] hominibus, ut emori malint, quam id facere, quod alii faciunt, ut vivant.

a *Plurimi odio crudelitatis*. Bon. *primi odio* &c.
b *A tam multis* &c. Non ergo pauci Martyres, ut Dodvvellius contendit, adverſum quem egimus diſſ. XXXII. cap.I. §. 1.

20

Aliquis cupit ſcire, quodnam [a] ſit illud bo-

a *Aliquis cupit ſcire quodnam*. Al. *Aliqui cupiunt ſcire quidnam* &c. Aldus legit nobiſcum. Al. *quod jam*.

bonum, quod ad mortem uſque defenditur, quod omnibus, quæ in hac vita jucunda ſunt, & chara præfertur, a quo nec bonorum, nec lucis amiſſio, nec dolor corporis, nec viſcerum cruciamenta deterrent.

21

Valent hæc plurimum: ſed illæ maxime cauſſę noſttorum numerum ſemper auxerunt. Audit circumſtans populus [a] inter ipſa tormenta dicentes, non ſacrificare ſe lapidibus humana manu factis, ſed Deo vivo, qui ſit in Cælo [b]. Multi hoc verum eſſe inintelligunt, & in pectus admittunt [c].

---

a *Circumſtans populus*. Al. *circumdans*; Al. *circumfluens*.

b *Non ſacrificarc ſe lapidibus humana manu factis... in cælo*. Al. *nolle ſacrificeare ſe* &c. Al. omittunt Tò *humuna* Schottus legit: *in cælis*.

c *Admittunt*. Al. *demittunt*, quod Schotto placuit.

22

Deinde, ut fieri ſolet in rebus incertis, dum inter ſe invicem quærunt, quæ ſit hujus perſeverantiæ cauſſa, multa, quæ ad religionem pertinent, divulgata, ac per rumorem viciſſim aucupata, diſcuntur: quæ quia

quia bona ſunt placeant, neceſſe eſt [a].

a *Diſcuntur, quæ quia bona ſunt placeant, neceſſe eſt*. Al. *diſcutiunt*.... placent. Al. *diſcutiuntur*.

23

Præterea ultio [a] confecuta, ſicut ſemper accidit, ad credendum [b] vehementer impellit. Ne hæc quidem [c] levis cauſſa eſt, quod immundi dæmonum ſpiritus, accepta licentia, multorum ſe corporibus immergunt, quibus poſtea ejectis, omnes qui reſanati fuerint, adhæreant religioni, cujus potentiam ſenſerint.

a *Præterea ultio conſecuta*. Al. *ſecuta*. Jam fortaſſe tunc incæperat Deus ab impiis perſecutoribus pœnas expetere, & Lactantius, omnino eos delendos fore jamjam, brevi ſperabat.

b *Ad credendum*. Bon. *hæc non habet*.

c *Ne hæc quidem* - Bon. *Hæc quidem*. Al. *Nec quidem, aut nec hæc quidem*. Lego cum Aldo, Schotto, aliiſque bonis. Al. *Non hæc*.

24

Hæ tot cauſſæ [a] in unum collatæ magnam Deo multitudinem mirabiliter acquirunt. CAP.

a *Hæ tot cauſſe*. Al. *Hæc ſunt cauſſæ*.

CAP. XXIIII.

1

QVicquid ergo adverſum nos mali principes moliuntur [a] fieri ipſe permittit. Et tamen injuſtiſſimi perſecutores, quibus Dei nomen contumeliæ, ac ludibrio fuit; non ſe putent impune laturos, quia indignationis adverſus nos ejus, quaſi miniſtri fuerunt.

a *Mali principes moliuntur*. En aliud teſtimonium comprobans, noudum perſecutionem ceſſaſſe. Quum hæc ſcribebat Lactantius.

2

Punientur enim judicio Dei, qui accepta poteſtate ſupra humanum modum fuerint abuſi, & inſultaverint [a] etiam Deo ſuperbius, ejuſque nomen æternum veſtigiis ſuis ſubiecerint impie nefarieque calcandum.

Pro-

a *Inſultaverint...ſubjecerint*. Al. *inſultaverunt.... ſubjecerunt*. Bonon. primam ſervat, ſecundam immutat vocem.

3

Propterea vindicaturum ſe in eos [a] celeriter pollicetur, & exterminaturum beſtias malas de terra [b]. Sed idem [c], quamuis populi ſui vexationes & hic in præſenti ſoleat vindicare, tamen jubet nos expectare patienter illum cæleſtis judicii diem, quo ipſe pro ſuis quemque meritis aut honoret, aut puniat.

a *Se in eos*. Al. *ſe eos*.
b *Beſtias malas de terra*: Jam ſuperius diximus quos heic noſter reſpiciat.
c *Sed idem*: Sic omnino cum plerisque omnibus Mss. Codicibus a me viſis legendum cenſeo; quamquam Bon. & Aldus legant: *& idem*.

4

Quaproter non ſperent ſacrilegæ animæ, contemptos, & inultos fore, quos [a] ſic obterunt. Veniet veniet [b] rabioſis, & voracibus lupis merces ſua, qui juſtas, & ſim-

a *Quos ſic obterunt*. Aldus, & Schottus hanc lectionem præferunt. Al. *quis hoc obtinet*.
b *Veniet veniet*: Bon. ſemel tantum habet *Veniet*. Confer dicta ad cap. v. ſeg. 10. hujus libri.

ſimplices animas, nullis facinoribus admiſſis, excruciaverunt.

5

Nos tantummodo laboremus, ut ab hominibus nihil aliud in nobis, niſi ſola juſtitia puniatur. Demus operam totis viribus, ut mereamur a Deo ſimul[a] & ultionem paſſionis, & præmium.

---

a *A Deo ſimul*: Bon. *de Deo*.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google

4 - 2 - 4

Google